


DIVINVS Tractatus Terrestium & Celestium Trutina artem exhibens: ut elementorum alterationes præcognoscantur: & eorum portenta & sublimē Verorum philosophorum medicinam pandens: & multorum annorum uaticinia regumq; negotia: & mundi conquassationem: & noui prophetæ aduentum.



Vt contēta in ope facilius inueniātur Capituloꝝ deſcriptionem cōponimus.

Augustini Begam Veronensis pro disertissimo Mathematicarum professore ac artium & medicinæ doctore celeberrimo Ioáne Abioso neapolis Regni ex balneolo:carmen.

Astra quid efficiant ueros monstrantia casus
Perspice: siquis ades recti scrutator honesti:
Hinc præscire licet: quodcūq; horoscopus acer
Inferat ingenium nobis nascentibus: æuo:
Quicquid & in reliquo conuexi stantia mundi
Sydera portendent: quid prodigiosa cometes
Promittat sceptris. Erronum & nota potentum
Quicquid agat uirtus: & clari lumina olympi
Te loquor o Titan phæbeq; hyperione nati
Præterea aduersam qui sit pote noscere sortem
Staminis atq; atri fusos & iniqua sororum
Pensa colo deducta truci; de fontæ sophorum

Veridico causas: (quas comprobet augur apollo)
Edimus: arcanis aclitis ueraxq; sibilla:
Quoq; modo liceat fata extenuare futura
Et uarios morbos ipsa ab radice docemus
Quo ue quæat pacto quisq̄ sibi cōmoda uitæ
Sumere: de nostris poterit deprændere chartis
Præsentesq; dies albo numerare lapillo
Doctus ab i fausto callæ auertisse iugales
Nempe suos: q̄q̄ aduersetur martia lampas
Falciferiq; senis liuentia sydera surgant
Impetuosa nimis: Venerisq; Iouisq; benigno
Sydera dum aspectu ueniant raddiantia læua
Parte poli fiat præsto & caducifer alis
Ergo age sed celeri passu: quicunq; fidelis
Hospes uirtutis Venis hanc amplectere diuam
Vnde auidum pectus saturetur: & unde recedas
Dicior & preciis: & cognitione futuri
Vnde quæas uerus uates cognomine diuum
Dicier: ipsa nisi hæc uirtus te stirpe potentum
Cœlicolum esse satum nobis monstraret aperte
Pectore q; ueniat sola amplexanda soluto
Argumenta damus: Sedem sibi legit in arce
Aetherea regina poli celebrata camenis
Aemula consortum nunq̄ spectata suarum
Postmodo: cum nostris scriptis decoratus abibis
Officii ne forte parum memor esse feraris
Poscimus hoc tantum de te: bona uerba præcator
Ioanniq; tuo: cui dans abiosa propago
Nomen in adriacæ deuexit mœnia terræ
Transigat exopta totos fœliciter annos:
Iamq; uale lector: studiumq; appone libello
Propositum aggredimur stellarum lumine plenum.

Vale.

Ioannes Batista Abiosus Neapolis regni ex Balneolo artium & medicinæ doctor: diuinarumq; mathematicarum ꝓfessor præsentem tractatum trutinam terrestium & celestium scientiarum speculatoribus dirigit.

d Ominus illuminatio mea & salus mea dominus protector uitæ & spũs: Quoniam signatum est super me lumẽ uultus tui domine Illumina cor meum deus meus & animam meam: ut artem præcongnoscendi elementorum alterationes ꝑ easdem uenturas: & optimum medendi modum pro quibuscunque futuris temporibus ac etiã inditia celestia tua pandam: & loquar gentibus & ĩstruamus ut quilibet eas præscire ualeat: ut etiam quascunq; futuras egritudines præconcipiant: ut prudentia eorum obuiare eisdem. Valeant ut etiam medendi sanctam artem capere possint quam ĩ præsenti tractatu largimur: Et omnia gloriam tuæ celsæ maiestatis profiteãtur: cum tua maxima uirtute celum construxisses: ut specularemur & uideremus opa maxima gloriosa tua: ut prophetæ sententia estat: Celi: narant gloriam dei & opera manuum eius annunciat firmamentum: & sic filii hõinum in tegmine alarum tuarum sperabunt: Quia extendisti celum sicut pellem: & sic celi sunt sedes tua & de celo respicis hõnum filios: & ita psalimus tibi deo qui ascendisti super celum: celi ad orientem & celorum ianuas aperis & claudis et imperas ut influant mãna & omnia tuæ maiestati libentia: & solis tabernaculum in celorum medio posuisti qui sit mundi anima cor celi spũs naturæ & tempoꝝ factor: & sic omnia inferiora altissimi conditoris iussu ꝑ superiora gubernantur: ut Thomas aquinas in libro de fide & contra gentiles dicit omnes motus corporum inferiorum tanq̃ defectiui ordinem habẽt secundũ inuariabilem motum celestis corporis asserens quoq; deum per creaturas superiores. i. per secundas causas inferiora gubernari & ex uirtute celorum formas & spẽs inferiora consequi. Et aristoteles secundo celi & mundi celum in hæc inferiora per motum & lucem & influentiam agere demõstrat. Et in metheororum libro uirtutes omnes inferiores a superioribus configurationibus gubernari: & generationis libro propter accessum & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes & corruptiones: & galenus regimẽ inferioris mũdi & ipsius ordinem fieri per stellas ꝓfitetur Damascenus ĩ suis amphorismis ex stellarum uariatione longitudinali & latitudinali uitia & cõsuetudines euenire confitetur: & galenus ĩ libro de semine omnem substantiam corpoream animatam connexã esse planetis & zodiaci stellis ad eoꝝ suscipiendam influẽtiam: & plato diuinarum rerum peritissimus thimei ℞o. nihil fieri cuius ortus a legiptima natione & causa non procedat. dixit Albertus magnus deus creator celi & terræ celum super elementa constituit: ut motu suo generaret corrũpet & conseruaret cuncta: Boetius quoq; inquit. Deus per se solum cuncta disponit. sed ad opera perficienda inferiora per superiora dispensat: & differen

uarum conciliator demonstrauit stellátam spheram terram côcitare & trãs mutationes facere quamobrem . Cum ita sit ego passiuorum spheras transcẽ dens celestes contemplaturus totus concutior: admiror & stupeo: aspitiens tantum corporum celestium ornatissimum ordinem:& tãtas fulgentissimas & tot stellas cum earum maximis & diuersis agitatiõibus:ut quasi perplexus reddar:& nisi uires aliquantulum reuocassem:ex hac quidem sententia: Quia deus nobis ora dedit:ut celum spectaremus : & spectãdo contemplemur eius ordinem & potentiam:Iam iam reuocato gressu destitissem. Sed reassumptis uiribus cum diuinus spiritus intro spiret modestiori ordine & tamen tremebundus ad celorum contemplationem aggredior:cõquerens nostrorum malorum temporum in mundi ordine uociferans mugiens cum non inueniant celorum cultores & uerarum scientiarum speculatores:tantum terrena amplectuntur celum cum diuino ordine & intelligentiæ & deus postponuntur: cũ nostris tẽporibus uere concernamus tabularum motus falsos:precipiũt eĩ antiqui sapientiæ patres: ut ptolemeus ĩ almagesto & Ioannes de regio mõte ĩ suo epithomatæ propter celorum motuum uariatiões & ex octauæ spheræ difformi cum trepidanti motu & agitatione uariari planetarum auges:ut singulis quadragita annis aut parꝫ circa tabulas celestes motus ostendentes rectificemus:ac etiam propter minimas celestes fractiones relictas quæ ĩ longo tẽpore faciunt cumulũ pp instrumentorum puitatẽ:qbus celestes motus compræhenduntur coacti fuerunt imperare ut assiduum ad stellas habeamus oculum & celestes motus rectificemus . Quapropter cum multi sint elapsi anni quibus celestes motus non sunt correpti:ut a tempore diuini alfonsi regis castellæ qui sapiẽtiæ fuit cultor multos doctisimos uiros conduxit:ut alfonsinas tabulas constituerent motuum radices rectificando:& cum inter celestium motuum rectificatiões a rege alfonsio factas & nos anno christi.M.cccc LXXXX VIII. sint anni. cc xxxx vi. nunquam apparuerũt neqꝫ principes neqꝫ reges neque bonorum & diuitum ciuium congregationes neque respublica. Qui celestes motus corrigere iuberent: Quia profecto celestes motus magna in parte corrupti sunt:non ergo mirum si uaticinatores q minus mathematicæ peritiam habẽt credẽtes omnes celorum motus ueros falsa edant eorum iudicia:Nos uero ea ĩ nostro uaticinio diximus quæ per ueros motus nõ adhuc lapsos præsciri possunt uaticinati fuimus:sed si per corruptos a me relictos motus uaticinatus fuissem Miranda profecto & particularia multa dixissem:Sed hinc ad pauca tẽpora oẽs celoꝝ motus ex uariatione trepidãtis octauæ spheræ motus planetarum auges uariantis corrupti erunt:ut minime celum cum ueritate spectare ualuerimus:O infelix ætas Nostra O terrestes homĩes omnes celestia spernẽtes. O dedecus naturæ humanæ Non tantum artes nouas non comperimus:sed artes & sciẽtias a caldeis ægiptiis & græcis maxio cum labore & tẽporum diuturnitate inuẽtas coram oculis nr̃is ammittimus:

non ꝑfecto egiptii & caldei barbari nuncupādi sūt sed nos et etas nostra barbari nūcupari meremur ipsi siqdem sciētiarum inuētores fuerūt:etas aūt nostra sciētiarꝫ calūpniatrix & deꝓruēs appellāda ē. Exclamādū ergo mihi uisum fuit cōquerēs græcorum monarchias cōquerēs de egiptiorū religiōibus: quarum sapiētes uiri sciētiarum fuerūt inuētores lamentās nō compiri alium Auencenam:qui medicinam rectificauit:& cum sapiētibus uiris medicinam cōposuit Vociferās non reperiri alium regem ptolemeum:qui sciētias astronomicas cōponat & corrigat:cōquerēs alium regem alfōsum non reperiri in mundo qui tot & tātos libros medicīæ philosophiæ & astrologiæ ac magice ex caldaica līgua ī latinum trāsferre fecit:qui multos uiros sapiētes cōduxit:ut celestes motus rectificarent:qui alfonsinas tabulas composuerunt. Non ergo etate nostra comēdamus prīcipes:nō duces nō reges:nec rempublicam:qui cum potētes & mūdi domīatores sint. Nō obseruāt celum nō celestia nō intelligentias nō deum. Qui permittūt sciētiarum reginam astrologiam īprecipitium postponēdam & eiciēdam. Et si qui sūt qui celorum indicia aspiciāt nō sciētiarum amore:sed tātum pro salute propria celorum scīa eis famulatur:ut equis & aliis seruitoribus principes fruūtur. Sed quoniam natura necessaria nō penitus ammittit:Semina herbis largita fuit animalibus testiculos:ut speties nō ammitterētur aut annichilarētur:Sciæ autē librorum impressiōem largita est:quæ nil aliud portēdere uidetur nisi sciētiarum ruinam:ut inclimatum futuris cōquassatiōibus præliis morbis & aliis multis futuris malis anno cristi. 1 5 0 3. & anno 1 5 0 4. & āno christi. 1 5 0 5. & āno. 1 5 0 6. & āno cristi. 1 5 2 4. Sciæ ut penitus non extinguātur ꝑ librorum multitudinē. Sed libri radices ut causa post tot & tāta mala repiantur:per quos futura sæcula sideribus bonis illustrāda natura humana restauretur:& ꝑ bonos uiros & principes sciæ rectificētur: & alterius ætatis & seculi sit naturæ nouum prīcipiū:Postq̄ tēporibus nr̄is nō est sperādum de humana politie & uirtutum amore. Sed tātum uitia auaritiæ & sṗbiæ prælia augebūtur. Ego uero ī hac calamitosa tēpestate nutu & ꝑcibus quorūdā discipulorum meorum:& aliquorum taruisanorum ciuium presentem tractatum erexi. Dirigens eum bonarum scientiarum speculatoribus. Qui amplectitur aeris alterationes mensibus pro singulis & diebus pro anno christi. Millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo. ac etiam artem ostēdimus ex uiris sapientibus tractam ut per infinita tēpora per elementorum futuras alterationes uenturæ egritudines præcognoscantur. per signa in aere & per apparentes cometas & alios in aere colores & precepta damus:ut omnibus futuris temporibus ꝑ elemētorum alterationes futuræ egritudines præcognoscantur:& curam exibemus tam ꝓ peste quam pestilentiali morbo curādis:tam secundum ordinē cōmunium medētium:quā ēt per scientiam sṗiorem & excellentiorem medicinam per quītas essentias Patefacimus quoqꝫ cām gallici seu pustulosi morbi & suam curam tam per

munem medicorum ordinem quam per admirandam quitæ essentiæ doctrinam patefacimus quoq; regum negotia & prælia p̃sẽtis ante & multorum futurorum ãnorum:& multa futura accidentia:& mundi cõquassationem hinc ad paucos ãnos in opere descriptos. Et sic tractatum perfecimus Taruisii die quinto februarii. 1 4 9 8. quẽ nominamus trutinatorẽ Terestiũ & cœlestiũ Ad laudẽ & gloriã altissimi:q dignatus est sup nos lumen uultus sui spargere.

Capitulum primũ aeris alterationes ostendit Martii mensis singulis p diebus:

e T si omnium accidentium quæ in hoc agitato mundo contingunt: Deus gloriosus omnium prĩceps principalis auctor sit. Qui ita celum ĩtelligẽtiasq; instituit ut suæ ĩfinitæ maiestatis præceptũ obseruẽt: cũ Rex cũctarum latentum esset: qui certis maximis ratiõibus omnia mũdi mẽbra ĩ unum quodã corpus sociauit aera & terras ignẽ atq; acquã: ut suo armonico celesti mirabili motu tot pugnãtes causas uniat:& sic inuiolabili hoc nexu circũuoluitur mũdus. Sic ergo omnia sub diuina ratiõe manẽt: sic elemẽtorum alteratiões: sic hõnum uitas suspẽdit ab astris: sic etiã quodcunq; Rerum genus quodcunq; laborum: sic opa ẽt artes instituit p sydera celi. Cẽsus quoq; & paupertates mortem & uitam honores & contemptus ĩmisit ĩn astra: Quãobrem consonum ratiõi uidetur ut ĩ exordio nostri uaticinii. Prĩo elementorum alterationes tractemus. Postremo uero eorũdem emanantes effectus præsignificemus cum per eorum agitatum & motum:& diuersas eorũdem cõmistiones diuerse generatorum speties p celestes ideas & formas abstractas ĩ celo locatas efficiũtur. Sic enim celestes abstratæ formæ uultus inferiores earũ rationabili mente diuersas elementorũ portiones accipiẽdo commiscent: ut species ĩ hoc inferiori mũdo quorũcũq; generẽtur: sic leões: sic serpẽtes & boues & hões: sic diuersa animalia a celestibus formis generantur. Et ideo uultus huius seculi subiectos esse uultibus celestibus astrologiæ princeps ptolemeus nono centiloquii uerbo prophitetur. Quoniã dominatores oppositiõis præcedentis introitũ solis ĩ arietẽ & ascendẽtis & aplicatiõis sunt Venus & Iuppiter quia uenus aplicat ioui: cũ uenus in signo sit humido & in duodecima. & Iupiter planeta humidus & saturnus ĩ ascẽdente portẽderent uer frigidum & humidum. Sed quia in principio ueris qd incipit decimo martii: Saturnus copulationem habiturus cum mercurio bis in martio in signo sicco portẽdit frigiditatem siccitatem. & in undecimo & duodecimo die uentos & aliqs frigidas pluuias principio ueris & uersus quĩtum decimum & sextum decimum martii frigiditatẽ & siccitatem significãt: p uẽtos frigidos & siccos seu aurã frigidã & siccã: Sic quoq; uẽtorũ flatus erit tempatus & serenus:& sic ẽt die. 2 1. & die 2 2. aeris alterationem: die. 2 6. martii pp uim Iouis magnam in luminarium oppositione habentis ĩ solis quadrato: Sic martii finis uẽtosus Et siccus erit & die 2 6. tonittua & uentos ppter lunæ ad martẽ aplicationẽ domiatorẽ hora luminarium coitus. 2 2. martii: Et sic finem Imponimus alterationibus

martii mẽsis:Cõcludendo ueris tempus frigidũ cũ pluuiis frigidis quas uocamus siccas:quia fient ꝑ uentos frigidos & siccos & fructus corrumpent.

Capitulũ secũdum aeris alterationes ꝑ singulos dies aprilis mense demõstat & curá ægritudinũ ꝑ ꝑdictas malas ífluẽtias íuadentes humanũ genus.

d le quarto Aprilis aeris alterationem dicimus Sol. dñs oppositionis 6. aprilis saturno aplicãs aprilis mẽsem frigidũ dicimus & nono aplis uẽtos fore significamus:sic ẽt decimo & undecimo & duodecimo & tertio decio die aprilis aeris uarias alterationes significamus:sic uigesimũ diẽ aprilis uẽtosum & frigidum uaticinamur. Venus dña cõiuntionis uigesimo primo aprilis cõiuncta saturno frigiditatem augebit.Et etiam fient niues extra italiam septentrioné uersus í italia frigiditatem & in montibus aerem niuosum dicimus & sic die 28.aeris alterationem. Quibus omnibus íspectis humores ad pectus & gutura casuros ꝑ præcedentes malas & indebitas aeris dispositiones uaticinamur:Sic ergo non uereri oportet ueros medicos quibus onus humanorum corporum impositum est:ut ad sanitatem redimant ut regimina & potiones flegma ꝑ uiá compressionis Influxum & lapsum & humores terestes expellentes conferát futuris pro istis egritudinibus: Sic nãque bonum erit ut confectione diafiniconis & diacaptoliconis Imfimi utãtur ut sanentur: ac etiam agarico ut ptises & pectoris ulcera minime humanos infestent: Optimum quoq; esset ut secernerẽt ex omnibus prædictis & quam pluribus aliis elactuariis cũ liquore uegetabili circulato & ad celestẽ uirtutem reddacto quĩtas rerum essentías ut humanis Corporibus aplicare ualeant:per optimum quoq; esset ut digestissima elementa a natura producta ad quæ ꝑficienda multis sublimationibus depræssionibus:ac etiam ut alberti magni uocabulo utar in metheororum libro præfocationibus ꝑ uarias naturæ actõnes quæ metalla ꝑfecta suis maximis digestionibus ad sublimitatem & ad temperiem deduxit:conentur ergo hæc ꝑfecta corpora in quibus elementa digestissima comperiuntur í liquorem ducere cum uegetabilibus aut liquoribus animalium ad celestes uirtutes deductis: ut omnibus notũ estat ueræ philosophiæ speculantibus qui uariis naturæ operibus í sudando sciunt aurum & argentum in liquorem amenissimum conducere qui Commixtus cum iure gallorum pristinam restaurat iuuentutem omnes humores infectos ad temperiem ducens totamq; naturam corroborando guctas, podagras,& alias quascunq; egritudines curans.Si namq; contrita & in folia reddacta communis medicorum scola prophitetur prodesse corporibus negare non ualebunt ꝙ in liquorem reddacta magis iuuent.Cum maxime a natura tales liquores suauissimi amplectentur:nisi forte regere uelint quod ignorant paruipendant; asserentes huiusmodi opationes esse impossibiles cum habeant tantam compaginem ut minime talia metalla possint dissolui & addendo auerrois sententiam incolliget sic dicente aurum cõuersum

in calcem esse uenenum. Quibus tota uerorum sapientum schola respõdet comperiri liquorem qui eorum formas destruunt & in acquã cõ uertunt: ut in uulgaribus aqs cum corrosiuis factis metalla dissoluunt hoc argumento cõmoti dicẽtes si liquores nõ sunt corrosiui minime possunt uim habere ut metalla possint dissului. Quãtam ignorantiam philosophiæ talis rudis sermo ostendat. Qui insudauerũt principia & fines naturæ intelligere per principia ueræ oẽs sapiẽtiæ possunt: namq; rudissimum præfatum sermonem redarguere. Sunt nãq; elementorũ coniunctiones & separationes ex qbus possunt secerni putride infectiones. Iterũq; ea ad suam originẽ & matrem optiẽ p ignis artificium purgatam & arefactã coniungere & ut corpus gloriosum actiuum sublimetur qđ namq; nullã infert infectionem uim cum suo spiritu coniuncto magnã habẽs penetrãdi & dissoluẽdi ut oĩa possint solui. Cum eorũ formæ cõseruatione. Sic nãq; ueritas philosophiæ sũme splendebit. Sapientissimi uiri intelligentes elementorũ cõfusionẽ & ipsorũ seiunctionem & ignem magni mundi oĩa cõbusturũ & purgaturũ ut corpora gloriosa & perfectissima surgant & sine morte renascantur per conformitatẽ actiõis naturæ superneq; oĩa elementa purgabit poterũt intelligere artificiũ liquoris philosophorum uirtutem habẽtis ut oĩa in eo solui possint. Cum formarũ cõseruatione & sibi uirtutem inessam esse sopitas excitãdi formas seminarias q; uirtutes. Qui nãq; liquor celestis celorũ naturam sapit oĩa elementa excitantium ut formas producant & omnia multiplicentur.

Capitulum tertium tertiam ueris partem ostendit.

t Ertia ueris pars. s. maii mense erit calida & proportionata: licet quarta die maii erit siccitas quædam uentosa. Temporis uero residuum potius ad aeris bonitatem calidi & humidi proportionati cõuertet.

Capitulum quartũ iunii aeris alterationes continet singulis pro diebus & medicamina aliqua salutifera: generi humano.

q Via estatis initium non uulgariũ opinionẽ mutando erit. i 3. Iunii. Tunc nãq; primordia cancri sol præmet. Cuius nãq; luminariũ oppositio quarta estat die ex qua aeris qualitates dignoscemus quã ob rẽ Mercurium oppositionis dominũ humidũ signum tenẽtem sua cõuersiua natura humidus efficietur & quia in. i 2. quæ uaporũ sedes est in ascendente quoq; aqueũ signum oroscopaturũ & luna i sexta quibus oĩbus ĩspectis estatem fore humidam prædicũt dei gloriosi instrumẽta prænarra a: uariam ergo aeris instabilitatẽ dicimus: propter Mercurii dominatũ qui cum sub solis subsistat radiis ultra aeris alterationes magnas i pluuiis & uentis aliquando excessiuum & molestũ cõcitabit calorem uenenosum. Et principium iunii pluuiosum & uẽtosum dicimus. Et uersus quartã & quintã diẽ Iunii. Tonitrua & corruscatiões magnas futuras celoꝝ cõturbate uires Iouis cũ Marte radiis diametralibus i septẽtrionali signo humido hæc in mundo porten-

dere nō ueremur. Et .13. & .14. Iunii die uentos ex antris relassari non ueremur pluuiis cōmixtos aerē hinc inde agitatū prophiteor die decima octaua Iunii & .19. himbres significamus & die uigesima pria aeris alteratio erit q̄ oia secūdum anni tēpus pēsanda sunt Ioué pverso cum sole ituitu. 25. Iunii & .26. uentos cōcitaturum magnos prædicimus. Ex malis oibus prædictis ifluentiis & aliis in silentio relictis i mense Iunii egritudines tā estiuo tépore q̄ autūnali significare cēsemus. Prædictis enī temporibus uidelicet estate & autūno mortales uariis egritudinibus disponētur. Cū namq3 tempora suum nō seruant ordinē egritudines philosophi prænūciant ut i medicorum libris patet. hoc enī tempore facto naturali ordie estatē multas egritudines ducturam celi significant: Sic non mirum si puerorū multe mortes erūt. Sic quoque fluxus discinterici & lienterici uehemēter uexabūt humanos. Tūc nāq3 Reubarbaro torrefacto cū mirobalanorū citrina spetie: & māna & aut cassia mixtis egroti si utentur putridi expellentur humores malis ifluentiis generati. Sic nāq3 natura medicinarū auxilio & sapientiæ celestis prouidentia roborabitur dempsataq3 natura sanitatis uires reuocabit. Sic nāq3 qnta celesti essentia: si uterentur egrotantes ad sanitatem ducerentur: sani uero nequaquā ab egritudinibus affligerētur. Cōsulimus nāq3 oibus ut p̄libatis temporibus fructus aufugiant: ut nullo pacto eis uescātur: licet enī domini tempore fructus eorū cum ebullitione putrida corpora inficiant: prænarratis uero temporibus: cum celesti uirtute cōcursu magis humanos affligent. Quia sapientia celestis ptolomei albumasaris: & aliorū quorūcūq3 philosophorum auctoritatibus & Galeni & Auencenæ & Ypocratis hæc prænūciat. Quapropter ypocras fassus fuit Astrologiā nō paruam esse medicinæ partem. Sic ergo qui astrologiam spernit medicinā: profecto penitus ignorat. Quam ob rem consulo oibus ut nostrum sapientum magni faciant cōsilium.

Capitulū quintum aeris iulii alterationes pro singulis diebus enumerat.

Iupiter dominator oppositionis Iulii tertio cū mercuriali stella ac iouiali significat q̄ i iulii prīcipio disponet aerē tēperatum: cū aura uētosa temperata & nō erit magnus calor. Et sic die nona iulii aura tēperata erit & nō calor: Die iulii undecimo calor mitigabitur & habebimus aerem tendētem ad temperiē frigidā & humidā: & sic nō erit i tali die calor excessiuus. Die 13 Iulii aerem tempestuosum mars portendit. Sed quia āni tēmpus non suffert ideo ī tali die i pluribus italiæ locis & extra italia i trigo notauri malam aeris qualitatem uaticinamur: Et 18 die calor mitigabit: Sol dominus cōuintionis decimi noni Iulii obuians Saturno. Dico q̄ post Iulii medietatem habebimus paucum calorem sed tempatum & die .23. calor mitigabitur & illa frigiditas erit Impediens naturam propter saturni radium Venenosum. Sic die 25 mitigabitur calor. Vltima Iulii septimana calorem augendum celi significant pp mercurium. Vespertinum & sic die 31.

iulii caloré aliquantulum augeri:

Capitulum sextum aeris mutationes augusti mense patefacit: septembris & octobris.

f Ol dominus oppositionis secundo augusti obuiás marti principium augusti calidum dicimus & uersus nonam & decimam augusti augeri calorem mars & Sol indicant licet aer uideatur turbari: Mercurius dominus coniũctionis decío septimo augusti aeré instabilé alienatõe decimi septimi augusti & multotiens uariari ad calorem. Dominus oppositionis. 31. augusti Iuppiter & Venus in principio septembris aeré té peratum & aliquos uétos tempatos portédunt: & sique pluuiæ erũt ad temperiẽ cũ quadam dulcedine fluent. Versus diem uero octauam septébris aeris alteratio nem mars & mercurius ostendunt. Saturnus coniuntionis quintidecimi septembris a medietate septembris incipient alterationes frigoris & humiditatis tempate. Die uigesimo prío septembris &. 22. pluuías uentos potentissimos & tonitrua tempestates maximas celorũ cõturbate acies minãtur adeo potentes erunt. Venti ut arbores ĩ terram præcipitentur & magis extra italiam in trigonis libræ & tauri. Dicát tũc uulgares temerarii scientiaꝝ inimici celorum uires adeo concessas paruas esse & garulent contra diuinam astrologiam: Cũ eorum ad terrena prostrata mente. Dominus oppositiõis trigesimo septébris. Saturnus. Quare in principio octobris aerem frigidum & siccũ dicimus: Die tamẽ nono octobris frigiditaté & humiditaté & pluuias ꝓdicimus ex mercurii cũ saturno opposito. A quintodecimo octobris mars incipiet dominari qui Ioui & Veneri cõmixtus portendit pluuias temperatas. Die tamen. 19. octobris pluuias & aerem frigidum fatemur: Die uero uigesimo tonitrua & fulgura significamus ex Martis & Iouis quadrato. licet anni tempus nõ ferat ut tonitrua ualida sint cum nõ possint uapores ita alcius eorũ põderositate accedere. tamẽ uersus partes egyptus & regiões calidiores italiæ aer tempestuosus magis patens erit quam ĩ italia. Et die. 27. octobris aeris alterationem.

Capitulũ septimũ aeris mutationes nouembris enumerat.

a Trigesimo octobris Incipiet martis dominium quare per quídecim futuras dies mitigabit frigiditatem: licet die quarta nouébris aliqualem & paucam aeris alterationem fateamur: & sic undecima & duodecima die aliqualẽ aeris alterationes. Die tamen. 13. nouembris coniunctio luminarium ĩ loco stellæ de martis natura & Iouis cũ aplicatione iouis ad uenerẽ Ideo a medietate nouembris uersus finem pluuiosum aerem & tempestuosum dicimus: & sic ẽt die. 21. & die. 22. nouembris pluuias multas & aerem tempestuosum seu furiosum cõstellationẽ præcedentem & ꝓsentes cõfirmant celorum conturbate acies.

Capitulũ octauum aerias mutationes decembris mensis cõmemorat.

m Ercurius dominus appositionis. 2 8 .nouembris cum stellis mercurialibus martialibus & saturninis aplicãs Veneri in quadratura Saturni existẽti significat frigiditatem sensibilem & humiditatem & ẽt niuium principiũ decẽbris mẽte & sic die septimo decẽbris aliquas alterationes dicimus propter aplicationẽ lunæ ad ascendens appositionis . Iupiter dominus cõiunctionis tertii decimi decẽbris aplicãs marti portẽdit frigiditatẽ tẽpari iudicamus ergo hiemis principium quod erit duodecimo decembris nõ eẽ frigidũ: sed potius pluuiæ futuræ tẽperiẽ sapiẽt. Nõ erit ergo mirum si principium Ianuarii aliquãtulum pluuiosum erit & sic incipit ãnus secundum cristianornm computationem quæ Incipit a .Ianuario nos procedimus usq3 ad. Martium . 1 4 9 9 .

Capitulum nonum Ianuarii aerias mutationes connumerat.

s Aturnus Dominus cõiunctionis undecimi ianuarii. 1 4 9 9 .aplicãs quadrato. Solis portendit frigiditatem & siccitatem magnas ab undecimo. Ianuarii & erit aer frigidissimus. Decima octaua &. 1 7 . uero die ianuarii aer niuosus. Die uero uigesimo quarto & . 2 5 . aerẽ niuosum cum uẽtis & multis aliis alterationibus ĩ illis duobus diebus. s. 2 4 .&. 2 5 . celi portẽdũt. Saturnus dominus opositionis. 2 7 .ianuarii frigiditatẽ portẽdit Cõcludimus ergo ianuariũ anni cristi. 1 4 9 9 .magis niuosum eẽ quã fuerit elapso ãno. 1 4 9 8 . licet frigiditas & siccitas ianuarii. 1 4 9 8 .nõ supetur a frigiditate & siccitate ianuarii pteriti. 1 4 9 8 . qa frigiditas & siccitas præterita fuit excedẽs ĩ siccitate. Ideo nõ fuerũt multe niues. Sed anno. 1 4 9 9 .futuro: in ianuario maiorẽ niuiũ habundantiam iudicamus. licet nõ sit futura tanta intensa siccitas: sed multũ niuosum aerem fatemur ut eius dies prædiximus.

Capitulum decimum februarii aerias mutationes prædicit.

u Enus dña cõiuntiõis decimi februarii significat q3 frigiditates præterite remittentur & fient aliquæ pluuiæ tẽperatæ post decimũ diẽ februarii & aer tempabiliter & februarium bonũ dicimus. In qualitatibus aeris. Mercurius dominus opositiõis. 2 5 .februarii significat aerẽ diuersũ post. Vigesimũ quĩtum februarii & uariabilem tamẽ cum siccitate aliqua & sic pria die martii anni. 1 4 9 9 .& die quinta pp applicationẽ lunæ signo ascẽdenti & quadrato mercurii aeris alteratiões aliquales . Et sic ãni. Totius aeris qualitates ad laudẽ: & gloriã altissimi descripsimus. Hoc cõmemorãdũ uidetur q3 per alterationẽ aeris. Intelligimus puas aut minimas mutationes.

Capitulum undecimũ aeris alterationes docet per infinita tempora.

q Voniã scĩa astronomica utilissimã se humão generi cosẽrt nõ tãtum p futurorũ pscientiã secũdũ planetarũ cõuentus: & alia ascendẽtia & cœlorum potẽtatus: Sed etiam p aeris mutationes atq3 signa multa præcognoscere: quæ multorũ bonorum causa erũt: Et præsertim præuaticinari futuras tẽpestates quibus Ita obuiare possumus: ut minime ĩ turbulen

tissimo æquore nos conueniat:sed in portu tutos sic p initia:& alia quæcūq; periculosa loca. Quare mihi uisum fuit ut nō tātū mēsium:& dierū aeris alterationes describeremus. Sed ēt ut gentibus panderemus artē & sciam ut p̄ scire ualeant p singulis ānis atq; tēporibus alterationes quascūq; æelemētorū:ut opus nostrū nō tātū i præcognitionē rerū unius anni labētium utilissimū se p̄beat:uerū ēt singulis tēporibus sermones nostri legantur & obseruētur:& multa futura p̄cognoscere ualebūt i pluuiis:i tonitruis : tēpestatibus: & uentis quibus multotiens imprudentes nautæ i uastū pelagus īmerguntᷓ: qui si celorum peritiam haberēt:nequaq̄ repentinus uentorū flatus eos adoriretur. Sed eorū prudētia præcognouiscerētur oīa elemētorū maris sphæræ accidentia ut minime lederētur. Sic etiam obseruando sermōes nostros per physicas rōes:& experimēta ratiōi antiquorū patrū cōsonantia ueritatē cōperiēt & tēpestatū pericula cuncta euadent. Prio nāq; imitabimur philosophū nr̄m ptolomeū i q̄rto.& alia philosophorū uerba metheorica cū signis multorū aialiū:& breuius quo potero magnā sniam amplectēdo procedā. Quoniā cælū plenū formis:& stellarū radiis diuersimode aerē cōmouet in diuersos colores. Quare cū hora alicuius eclipsis aut solis;aut lunæ circa luminaria apparuerit color niger aut cinericius:aut liuidus saturne stellæ uim i eclipsi habēt. Ideo significant ista signa apparētia i aere siccitatē:& egritudines arridas: & hocerit i illo anno:si fuerit eclipsis lunaris. Si uero solaris numerētur horæ ab ortu solis usq; ad horā temporis eclipsis:& i termio tot annorū eclipsis solaris suos faciet effectus:quēadmodū eclipsis facta solis anno xp̄i. 1485. 16.martii i sexto arietis gradu i octaua domo:p octo horas :& mīuta post solis ortū:quæ significauit post octo ānos pariturā suos effectus & durauit circa duas horas. Ideo anno xp̄i. 1493. eclipsis interfecit Regē ferdinandū:quia eius oroscopus erat arietis signū iuxta eius gradū oroscopantē facta. Et quia aries est ascēdēs neapolis. Ideo fuerūt p fraciæ Regē tot atrocissima bella:& quia mars dominabatᷓ i eclipsi fuerūt aeris caliditates:& serenitates temporibus hiemalibus. Si uero tempore eclipsis circa lumiaria color apparuerit albus cū quodā croceo colore:Tūc Iouis dominiū significat. Quare aer erit temperatus cū pluuiis tēperatis,& habundātia uegetabilium:& sic eclipsis aliquādo potest significare bonum. Si nāq; color circa luminaria & i aere apparēs tenderit ad rubedinē significat martis dominiū. Iō significat caliditatē:& siccitatē:tonitrua:& egritudines incendiosas. Si aureus color fuerit circa luminaria Veneris dominatū indicat. Quare aeris temperiem ostēdit & habūdātiā:& hilaritates:& pluuias temperatas. Si uero color circa luminaria diuersorū fuerit colo℞ Mercurii excellētiam significat. Quare diuersas aeris alterationes:mō pluuiosum:nūc serenū:nūc uētosum aerē denūciat:& cū tēporū diuersæ mutatiōes significēt egritudines. Hæc nāque colo℞ diuersitas circa luminaria tpe eclipsis egritudines & uarias mu-

tatiões aeris portẽdere nõ ueremur: hæc itelligẽda sunt quãdo eclipsis suos producet effectus scđm distãtias horæ a solis ortu in eclipsi solari: in lunari uero scđm distãtiam lunæ ab oriẽte: quia in tali mense: anni tẽpus effectuũ & alteratiões incipiẽt: Lunaris nãq; eclipsis nõ excedit terminũ unius ãni: ut effectũ faciat: solaris uero nõ excedit terminũ ãnoꝝ duodeci: ut ꝑnarratũ ẽ.

Capitulum duodecimũ de Cometis & earum generatione & definitione completa per definitionum comminationem.

S Olent nãq; aliquãdo i aere signa aliqua apparere: quæ oĩa fiunt ꝑ uapores humidos: aut siccos a terra i aerẽ exalatos: diuersarũ stellarũ alterationes recipientes. secũdũ numerũ stellarũ ad se iuicẽ cõmixtarũ & una cũ sole tales uapores eleuãtium. Et iõ cometæ definitiõem ex pluribus phõrum definitiõibus. licet diuersis. qa ꝑ se quælibet nõ sufficit: nos formam unã eliciẽtes dicimus cometã generari ꝑ uapores a terra exalatos grossos aqueos atq; tenues: & cõmixtos igneos ꝑ planetas & stellas tales uapores diuersos generãtes: quibus nẽpe uaporibus stellarum radii iterum i aerea regione icluduntur: & micãt agitationẽ reflexã recipiẽtes ex aqueo atq; denso quem scindere non possunt. Quare ex aqueo & aereo cũ ethereo igneoq; cõmixti: & iterũ ælemẽtali igni cõglobati: & aeri supernarũ regionum: quibus obuiant siderum ꝑnarrati radii i sphæræ ignis contactu: atq; aeris supremi eisdem complicantur: & frãguntur: & icluduntur: & cometa causatur: qui magnorum effectuũ signũ est: & corruptionis aeris: & regnorũ mutationũ & suꝑbiæ & pestilentiæ & multorum mirãdorum portẽtum: estat hoc enim naturali rõne exptum conclusumq; uidet: In omni siquidẽ re complexionata teresti sũt res aquibus possũt secerni spiritus ꝑ celestium corporum actionẽ cum aũt sit hæc seiunctio relĩquit res. Composita infirma aut corrupta: Partes nãq; huius mũdi uniuersales sunt faciliores & reuolubiliores: quam partes cõpositorum: licet totus mundus sit icorruptibilis aut difficillime ut rectius loquar corrũpatur: Quã obrẽ cometa cũ sit spũs sublimatus & seiũctus a mundo inferiori: signum quoq; est. separationis a cõpositis naturæ spiritualis cõmixte rebus cõplexionatis: Quare signũ est ifirmitatis & corruruptionis eorum cõpositarum seu cõplexionatarum quibus stellæ dominantur: Ideo non mirum si semina & uegetabilia corrũpatur: & alia animalia & homines: Quapp nõ mirum si homines isuꝑbiam eleuãtur cum hoium materia sit tenella spũs sublimãtur & subtiliantur: quar oportet corda hominũ eleuari: & eleuatio est excessus suꝑbiæ & nõ subici: sed potius dominari: Inde fiunt ꝑlia & seditiones: hinc regnorum mutationes hinc fames: hinc strages hinc pestilentiæ sunt: Ergo cometes signa & portẽra magnoꝝ euentuũ scđm phisicas excellẽtissimas rões. Ca. tertiũdecimũ de iuditio coloꝝ cometaꝝ

C Ometa si apparuerit nigri coloris secundum doctrinã ptolomei quadripartiti. 2 o. ostẽdit naturã dominãtium stellaꝝ ꝑ cõmistionẽ ra

diorum celestium corporum. Ideo color niger saturni dominium significat:ergo aeris corruptioné p frigiditatem & siccitatem:&uẽtos naues submergentes & ĩ fructibus sterilitatẽ & ægritudĩes frigidas & siccas & ptisim & nocuméta ex humorũ collectiõibus & q̃rtanas stupores:pestilentiá siccá: anxietates:tristitias:tĩores:& morté & maxĩe séibus:& bella cũ ꝑditionibus Cometa cũ alius apparuerit cũ quadam croceitate iouis dominatum significat. Quare regꝝ cremẽtum aerem tẽperatũ & salubres nauigationes significat &bonorum uictoriá & malorum morté:& gaudiũ & sublimitaté & mutationé in melius: Saluté pacem.& augmẽtũ:& rerum addutioné necessariarum hõibus:& corporum sanitaté:&spirituũ:& regum munera magna: Augmẽtum Regum negotiorũ & eorum nobilitatem:& corda nobilia & grandĩa & liberalia; & nõ auara:ut multi hodierno tpe qui non tantũ digni non sunt ut dominenť:sed ut uitá minime ducant qui nõ quod habẽt numerát: sed quod nõ habẽt optant:hæc náq; mala ĩ mundo fluunt & tiranni dominatores ĩ mũdo denť pp hominũ crimĩa: ut malos habeáus pastores:ut nõ tãtũ ouium laná optẽt: sed etiá cum mercibus pauprimoꝝ ságuiné extirpẽt Cometa cũ rubeus micauerit martis dominatũ ostendit:hĩc aer p caliditaté & siccitaté corrumpiť:uentorum quoq; calidum flatũ ꝑemptorium corpora dissoluentem tonitrua, fulgura & pluuiarũ penuriá:& nauium submersiones p uentorum cõmixtiones:& p fulgura:& his similia ĩ fluminibus: aq̃rum diminutiones & fontiũ desiccationes:& potabilis acquæ detrimẽtum: fructuũ detrimẽta p caloré supfluum cũ siccitate p locutas: aut p dissolutiones ex uentis accidentes: aut combustiones ĩ locis ubi seruátur & domorũ cõbustiones & inter hoĩes lites & prælia, inter proximos captiuitates & seruitutes inter hoĩes:& prĩcipum irá; & aliquibus hominibus cõtinget mors repentina & febres tercianæ & sanguinũ sputũ & impetuose mortes cũ magno piculo: Et significat dedecus & uiolẽtia suaꝝ regꝝ & supbiá & exitũ de lege & ordĩe suo ad aliá legé extraneá cõmutabunť: Et ignis ĩcẽdia & depdationes itinerũ: ĩterfectiones & strages multoꝝ pestilẽtiamq; ardentissimá. Cometa croceus apparẽs tendẽs ad aureũ coloré cũ albedĩe quadá Veneris dominatum indicat:effectus producet quẽadmodũ de iouis cometa superius demõstrauimus, s. uẽtos cũ tẽperie aeré bonũ & clarũ:& pluuiarũ multiplicatiuas:& nauigationes tutas:& rerũ augumẽtũ:& aquarum:& fontium: & fructuum augmẽta:atq; animaliũ quibus hoĩes utunť. Et accidẽt hoĩbus exaltatiões dignitates:& honorũ gaudia:& boni status cõiugioꝝ meliorationé oĩum augmẽtũ diuitiaꝝ negotia pulchra & bõa:& uolũtaté boná corporũ ĩpgnationé:& prĩcipũ amicitiá:& malorũ morté:& mutationé boná. Cometa diuersorũ colorũ mũdo apparẽs Mercurii uictoriá significat.& qa sicca est eius cõplexio:festiniq; motus pp solis propinquitaté:& pp suas frequẽtes retrogradationes in sua circũuolutiõe, Ideo turbatos & repẽtinos se

ſtinæq̃ uariationis ĩ aere uẽtos talis cometa ꝑſignãt ac ẽt tonitrua fulgura terræ apertiões terromotus & cõruſcatiões ex quibus accidet damnũ & corruptio ĩ animalibus & plãtis q̃bus hoĩes iuuanť :& aquaꝶ dimiutiões & fluminũ:& aliquãdo ſignificat humiditatẽ:ſic diuerſos ꝓducit effectus:& ſiccas ægritudines & humidas:& diuerſas p materiã etherogeneã: & febres cottidianas & tuſſim.Et uomitũ:& ptiſſim:& hominũ ingenia acuit ad rapinas uiaꝶ:abſciſſiões:Latrocinia:& ſubmerſiões nauiũ ad maria; & diuinatiões & profetias in mundo & morum mutationes:atque legum.Et ideo mutationes regnorum:& peſtem & multa mala portendit.

Capitulum decimumquartum cometaꝶ numerum continet: & eorum formas & colores: & quid ſignificent.

C Ometæ ĩ mũdo apparẽtes ſũt diuerſatũ formaꝶ coloꝶ & naturaꝶ & dicunť cometæ uel cerinitæ a crinæ:uel acoma eo q̃ quaſi comatũ uel crinitũ caput apparet. Tricæ dicunť ad ſimilitudinẽ tricæ. Capilloꝶ: ſtellæ cum caudis ſcd̃m ptholomeũ ſunt nouẽ quas comũi nomine oẽs cometas appellare ſolemus:quæ mũdũ mouẽt:licet dicanť.23.tamẽ de nouenario numero mẽtio fit a ptholomeo. Primus illo cometaꝶ cũ cauda dr̃ ueru:Secũda cænaculũ:Tertia ptita:Quarta miles.Quita d s aſconæ Sexta matutina ſiue aurora:Septima argẽtũ:octaua roſa:Nona nigra.Quaꝶ q̃tuor primæ aſſimilãť ſtellis:& oẽs ſignificant bella:& terrores & magnos euentus ĩ mũdo:& ex eaꝶ colores cognoſceť malũ ĩ mundo:ut ſupius ptractatum ẽ:& ex nã ſignoꝶ.& loco ſereť tẽpus:& ubi fiunt Influẽtia mala: q̃n cometæ apparẽt ĩ oriẽte cito ſignificãt effectum:ĩ occidente aliquãtulum tardabitur. Prima quæ d̃r ueru ẽ orribilis aſpectus & ĩcedit ꝓpe ſolem ſignificat mutationẽ fructus pomorũ & omnium ex terra naſcẽtium & mortalitatẽ regum & diuitũ.Q̃uarta quæ dr̃ miles cõplexiõis ueneris ẽ: & magnus eſt admodum lunæ & habet crines & radios ĩfundit retro ſe & pagit. i .Signa Quæ apparens nocebit potẽtibus hõibus & ĩſurgẽt gentes ĩ mundo uolentes mutaret leges ãtiquas & nouas inducere:& deterior ſignificatio eius eſt ex cauda.Quita q̃ dr̃ domius aſconæ eſt ex cõplexiõe mercurii; & ẽ ceruleus & paruus & cauda eius lõga & ĩ illa pte ĩ qua apparuerit cauda ſignificat mortem regum & ꝑlia:Sexta matutina ẽ rubea habẽs caudã rubeã lõgã ſed nõ tãtum ſicut præcedẽs martis cõplexionẽ demõſtrat:q̃ apparẽs cũ capite ĩcliato ſignificabit aquaꝶ paucitatẽ & famẽ magnã & cõbuſtiões ignes & prælia in babillõia ĩ arabia ĩ egipto:uſq̃ appliceť ad occidẽs.Septĩa argentum habẽs radium pulchrum ualde:& album admodum argenti puriſſimi: qđ nõ põt diu aſpici;q̃ apparens ſignificat ſertiles ãnos ĩ terra quã reſpicit: & hoc melius erit Ioue in ſigno aquario exiſtẽte.Octaua q̃ dr̃ roſa eſt magna: & rotunda habẽs faciẽ admodũ hoĩs:cuius color eſt argenteus cũ auro mixti;q̃ apparẽs ſignificabit mortem regũ & diuitũ:& mutabunť mundana &

succedent meliora. Nona q̃ dr̃ nigra est ex natura saturni: cuius color est ceruleus quã niger: q̃ apparens significat mortalitatẽ multã & decolationem. Tertia q̃ ptita dr̃ grossum habẽs radiũ portẽdit aquarũ paucitatẽ & annonæ destructionẽ: q̃ cõiuncta alicui planetarũ ultra pdicta alia quoqꝫ significat: q̃ Veneri iuxta aquarũ mutationẽ: & destructionẽ fructuũ. Si Mercurio iũgatur iuuenũ mortes & sapientũ portendit: si lunæ cõpliceẽ morieẽ populus. Si Saturno copuleẽ mortalitas erit grauior & plia & iterfectiões: si cum ioue sua significata i regibus & diuitibus apparebunt.

Capitulũ qtnũdecimũ p colores circa lumiaria appẽtes: & stellas alias iudicia demõstrat: ex qbus multæ aeris alteratões idicãẽ & magnũ psicuũ habeẽ.

C Onuenit nãqꝫ ut ad solẽ aspiciamus ascẽdentẽ: ut diurna accidentia pnoscãtur: & ad eius occasum nocturni euẽtus pcõcipiãtur: cum sol igiẽ orieẽ aut occidet clarus ita q̧ nõ tegaẽ ab aliqbus nubibus serenitatẽ aeris i tali die significat. Si uero i eius ortu circulus aliqs circa solẽ apparẽs diuersorũ colorũ fuerit uel ad igneũ ruborẽ declinauerit: aut solis radii p nubes trãseũtes rubei fuerit & psẽsi: ita q̧ uideãẽ eius radii tanq̃ iacula & rubei extra circulũ sepatim. Talia accidentia significãt uentos fortissimos Colores nãqꝫ rubei martis naturã idicãt: q̃re fumos & siccos uẽtos demonstrãt. Colores nãqꝫ diuersi Mercurii naturã significãt: lõ fũos siccos & uẽtos oñdũt i nocte aut i sequẽti die: si talia signa i occasu solis fuerint. Si uero i ortu i die tali aut proxia nocte uentos & tempestatẽ significãt: & ab illa parte: qua talia signa fuerit uenti flabunt. Sic ergo custodiãt celorũ signa nautæ. Sic etiam reliquæ gentes ut mirandam potentiam creatoris obseruent: qui p suos ministros mundum agitat: & ueritatẽ astrologiæ oẽs hoĩes admireẽ Sol cum oritur aut occidit & circa ipsum nubes fuerit nigræ aut uirides aut nigræ cũ pmixtiõe uiriditatis: & circulus circa Solem sic apparẽs: aut ascẽderit cũ nubibus nigris & uiridibus: aut tendẽtibus ad uiriditatẽ: aut ab ambabus partibus sol habuerit nubes extẽsas pluuias & aerem hiemalẽ i tali die significant: aut nocte sicut superius diximus.

Capitulũ sextumdecimũ de coloribus circa lunã apparẽtibus i diuersis tẽporibus: ex quibus aeris alterationes præcognoscuntur.

C Onuenit nãqꝫ ut ad lunæ locũ cõspiciamus tertia die ante cõiũctionẽ cũ sole: quãdo. s. luna apparet cũ cornibus subtilibus aut post tres dies a solis cõiunctiõe: quãdo apparet i occidẽte cũ cornibus. quæ nãqꝫ luna si apparuerit i talibus tẽporibus clara & nitida: & a nullo uapore circundeẽ aerẽ serenũ significabit. Sed si luna subtilis apparuerit & rubea & illa ps lunæ quæ nõ ẽ luminosa a sole apparuerit clara: & cũ quadã agitatiõe uẽtorũ flatus portẽdet: q ex illa mũdi parte pcedẽt: a qua colores ueniũt: & circa lunã recedunt. Si uero luna nigra i talibus pdictis tẽporibus apparuerit aut uiridis & spissa hyemalẽ aerẽ atqꝫ pluuias nunciabit. Cõuenit quoqꝫ ut lunam

cōtéplemūr: tertia die ante oppositionē. s. quādo ē plena uel die post oppositionē: & sic ēt tertia die anteq̄ luna sit media ī lumie: aut tertia die post dimidiationē sui luminis q̇ si clara & nitida fuerit: & a nullo circundet̄ uapore serenitatē significabit. Si uero rubea fuerit. Et ps nō illuminata a sole clara apparuerit cum motu quodā sintillatiuo flatus uētoꝝ significat: ut superius diximus ab illa pte pcedēt uēti ad quā ipsa declinat. Si uero nigra fuerit aut uiridis & spissa hyemalē aerē atq̧ pluuias nunciabit: Est at quoq̧ alius īdicandi modus ut īspiciāus circulum q appere solet circa lunā q si fuerit unus & clarus q paulatī destruat̄ significat aeris claritatē: si uero circa lunā duo apparuerīt circuli aut tres significāt aerē hyemalē: qa uaporum habundātiā indicant & grossarum fumositatem. Si uero circuli apparētes ī luna fuerīt clari declinātes ad rumorē: & q̄si abscissi fumositates martis naturā sapientes demonstrāt: abscissio motum fumositatum significat: & ideo uētoꝝ potētissimos flatus portēdunt: & aerē hiemalē pluuiosum. Si circuli circa lunā apparētes fuerīt liuidi seu nigri aut turbulēti aerē hiemalē cum grādinibus significāt Circuli nāq̧ circa lunā apparētes abscissi ad nigrā uiriditatē declinauerīt: significāt aerē hiemalē pluuias cum grādinibus & uētis: & quāto plures fuerīt tāto magis multā demōstrāt fumositatē & spissam: qa unus circulus reuerberat: fumositatem ad alium.

Capitulum septimū decimū de coloribus circa alios qnq̧ planetas accidētibus: & eorum significationibus.

Solent circūuoluere aliqui uapores qnq̧ reliquos erraticos & stellas alias fixas. Color niger circa saturnum apparēs frigiditatē & siccitatē significat. Si uero color fuerīt rubeus uētos cū frigiditate: Si uiridis pluuias frigidas: sic procūq̧ colore apparēte circa planetas & stellas alias lucidas iuxta significata coloꝝ supius dcā iudicare oportet. Addēda quoq̧ est influētia planetæ pticularis aut stellæ talē colorē recipiētis. ut puta: si martem circūuolutū color̄ uiridi ītueremur aut nigro umbroso p tales colores oportet uaticinari pluuias & aerē hyemalē. Sed quoniā martis radius īfluxū hēt ppēdicularē pmixtū cū uaporibus p̄dictis: oportet ēt martis uires ī p̄dictis influxibus patefiant. sic quoniā tales uapores uirides circa martē sunt: dicimus pluuias eē tonitruosas & uentosas & nō ita habundātes cum scintillatiōibus aeris & tēpestatibus. Sed hoc unū cōmemorādū ē q̧ rationabile uidet̄: ut qlibet planeta fumositates trahat circa se secūdū suā naturā. Et iō si septē planetarū colores īdicare uelimus. Prīo naturaliter color tractus p uapores a supno planeta saturno ē niger. Ideo frigiditatē & siccitatē & sterilitatē significat

Color albus circa iouē cū pmixtiōe crocea aq̄s tēperatas & sanitatē & aurā tēpatā significat. Color rubeus appens martis circa stellā incendia caliditatem & siccitatē & uētos asprimos significat tonitrua fulgura & tempestates.

Color croceus cū q̄dā albedīe appens circa uenerē pluuias tēpatas & aurā

serenā & iocūdā significat:& mulierū gaudia. Color ceruleus & diuersus circa Mercuriū appens significat aeris diuersitates ipsiusq̃ īcōstātiā: mō serenitaté: mō pluuias: mō uentos: & tēpestates: & siccitates. si uero color circa mercuriū rubeus appuerit significat tēpestaté uētos calidos & siccos & diuersa ī fortunia. Et similiter iudicādum erit de oībus coloribus circa oēs alias fixas stellas apparētes. Forte aliq ita nos arguēt stellas erraticas qnq̃. s. planetas nō cognoscere. Sed tātū solem & lunā & cōsequenter colores circa eos appentes cū naturis planetarum pmiscere nesciāt. Quibus ita respōdendū uidetur q̄ hii qui ad celestem originem oculos & mentem nō Immictūt puati sūt: psecto uero fine pp quem creati sumus: ut celū spectemus & ipsū admiremur: & ad mirādo laudemus eius ordinem & motū & potentiā: ex qbus post modum creatorem nostrū omni potentissimū cognoscamus: Cū celi narrent gloriā dei & opa manuū celum annuntiat firmamentū. Si n aūt celum abnegauerimus. Nō rationali mente illustrabimur & nō os hōnibus sublime dedit deus ut ad sidera tollerent uultus: Sed prona hominū ora dedisset ut terrā spectarent & tātū terrena caduca sensualia & bestialia hōnes aspicerent. Quæ nāq; omnia absurda & dissona sunt a ratione: Est ergo homo animal diuinum ordinem nō obseruat celū spectādo & diuinā nō uenereť maiestatem. Rebellis &. Inimicus est diuinorum præceptorum & semimortuus terrenus caducus sensualis pditor ueritatis. Inimicus sopnulentus infestus sibiipsi anxius & curiosus: Rerum sensualiū implicitus uoluptatibus uitiis gulæ rapinis odio luxuriæ auaritiæ & reliqs qbuscūq̃ uitiis criminibus & tormētis infestis & obnoxiis: & cōtra diuinā maiestatem submersus semper.

Capitulū decimū octauum qd stellæ fixæ cū lucidiores aparuerīt significēt.

Stellæ quoq̃ fixæ cū apparuerit lucidiores & maiores & micātiores q̄ soleāt appere uentorum flatus indicāt: q ex ea pte flabunt in q̄ stellæ lucidiores micāt: Stellæ quoq̃ fixæ quæ īter se iuicē magnā hñt ppīqtatem sic appentes: ut pleades q̄ sunt ī tauro & aliæ geminorū stellæ hanc eādem sentētiam affirmāt: Stellæ quoq̃ parū lucētes ī celo quæ dictæ sūt nebulose & etiā tpe sereno q̄ uix apparent cū spissæ appareāt: aut cū celum plenū stellis minutissimis & ppinqssimis īterse apparet aerem hiemalē denunciat & pluuias huius. Rō talis estat quoniā uapores aliq mediā aeris regionē ascēderūt: Et stellæ Inuisibiles earū pp paruitatem absq̃ uaporibus pp uapores inter medios aliquantulum earum radii disgregantur. Et uisibiles efficiuntur. Ideo cum celum plenū stellis plusq̄ soleat uideť uapores iā aerem ascendisse significat. Et ideo pluuias effundit. Cū multa igniū iacula ī aere apparent admodū stellarum cursus: q sunt uapores igniti currētes & micātes stellarū luminibus relinqntes post se caudā uētorum flatū portendūt. Et si fuerint tales uapores ex multis mundi ptibus currētes diuersos demōstrāt uentos tonitrua & fulgura ex ptibus a qbus uapores & ignitæ trabes fluūt nubes ap-

parẽtes ĩ aere q̃ assimilãt̃ uelleribus lanæ aliquãdo significãt pluuias sed non multas nubes q̃ appent gradate & scisse admodũ ouium gregis denunciant.

Nubes nigræ ĩ aere pluuias inducũt:albæ uero grãdines tẽpore estiuo:hyemali uero tempore albæ nubes niues demonstrant.

Cap.decimũnonũ arcus & sui colores qd significẽt:& igneæ ĩ aere apẽtiæ.

stilentiam & pustulas: quare quum anno xpi. 1 4 9 6. Saturnus ariete ingressus fuerit hæc portédisse nõ dubitamus: sed qa eodé anno. f. xiiii. die martii Mercurius cũ Saturno iunctus fuit: q̃ cõiunctio significat morté & famé & aduentũ ingentiũ rerũ: sicut sunt egritudines pessimæ & pustulosæ. & quia fuit in eodé die hæc cõiunctio: cum luna quoq; q̃ significat populũ portédebat uniuersum mũdum & populares magis tali pustuloso morbo opprimendos & qa mercurius cõbustus erat a sole pustulas ipsas oino magis augebat: & etiã saturnus hæc népe cõstellationes diuersæ in unũ malum finé corruptionis tendentes: licet sint plures formæ hũc malum effectum pariunt: scd̃m albumasaré libro cõiunctionũ magnarũ & sen. astrologi præallegato loco & quia aries scd̃m oium sapientũ sniam significat caput: ideo huiusmõi morbi pustulosi ueniũt cũ capitis dolore cũ catarris: & cũ lapsu humorũ ad guttura & quia Mercurius significat linguã: ideo in ore & lingua humani affligũtur & qa mercurius cõmixtioné hét cum oibus climatibus: ideo uniuersus mundus affligit̃ hoc morbo: & qm̃ cõmixtioné hét mercurius i brachiis rõne geminorũ: iõ morbus iste brachiis torméta infert: & quia mercurius cõmixtioné recipit ab aliis oibus planetis ideo in totũ corpus: humanos affligere põt. & qa Saturnus ꝓducit morbos dolorosos & iuncturarũ dolores cũ humore suo põtico accetoso melancolico: ideo fiunt iuncturarum dolores & quia secundũ sniam Auécenæ humores frigidi & sicci saturnini adusti: sunt ineptæ expulsionis & egritudines lõge ideo huiusmõi morbi lõgo tpe egrotos affligũt: sʒ quoniã adhuc Saturnus nõ ab ariete recessit: & iõ nõ cessauit morbus sed cõtinue alios & alios inuadit & quoniã ãno christi. 1 4 9 8. die. xvi. martii infœlix cõiunctio iterũ Mercurii & saturni fiet in ariete p eius reuolutioné & luna ẽ cũ cauda dracõis i q̃dratura mercurii & saturni: significat pustulas & prædictũ morbũ magis augebit: & illis qui in actu p̃dicto gallico morbo affligunt̃ augebit̃ eorũ malum & noui & sani p̃dictã ægritudiné incurrét hoc quoq; addo quoniã p duos p̃cedétes annos aer dispositus fuit ad corruptioné: ut pustulas p̃dictas inferret: hoc uero ãno christi. 1 4 9 8. nõ tantum pustulas & morbũ gallicũ augebit: sed ratiõe dispositiõis materiæ & pp influxum & pp ꝓfectionem cõiunctionis significãtis christi aduentũ infortunatã a marte in tauro significat pustulas & pestilétiam & mortalitaté humano genere uéturas quæ mala deus auertat: si in præceptis eius ambulauerimus & finé pp qué creati sumus opemur atq; Colamus: Sumus nanq; i mũdo adeo ꝓducti ut bene opemur: Et Suam maiestaté adoremus & colamus diuina neglectis terrenis & ut errigamus méte ad Cælum & eius mirabilem ordinem admiremur & admirãdo creatore ueneremur & ipm̃ uenerando bene operemur ut simus mites pauperum & expellamus omné auaritiã superbiam gullam odia rapinas lites. & oĩa alia scelera. sin ãt fuerimus pni ad uitia & ad auaritiã. ut sunt maiores partes hoium: qui semper ita terrenis insudant: ut peni

tus duinitatē & doctrinas oēs nesciāt:ac si essent semp uicturi:admiror nē-pe;stupeo ꝑfecto & pene pedes mei cōmoti sunt a recta uia ut ꝓphetæ ser-mone utar quotiēs uideo ī mundo q̄si oēs ita indulgere lucro reꝝ terrena-rū ac si semp ipsa deberēt semp suffragari eis quū uideāt se mortales & senes & adhuc sunt auari adhuc ēt parcūt necessariis:adhuc torquēt eoꝝ corpora ī rebus necessariis ꝓ eoꝝ uita & auaritia cōturbati ita tenaces & auari sunt: ut penitus nullā eis inesse rōnem uideat᷑.Non ergo miꝝ si inimici nostri sint cælū & terra mare & habissus & mortes oēs male & ante tp̄s : & sic ex parte oī malū īminet & periculū & certamē forte & iugū graue & duꝝ sup filios hominū extet impositū tonitrua fulgura ignis grādo fames bestiaꝝ dētes aīalia uenenosa sup terrā erucæ bruci scorpiōes & serpētes locuste atq꜖ draco nes & tēpestas tenebræ tuba signa ac igneus timor:uox:strepitus: uirga : la-pis persecutio undiq꜖ obstaculum precipitiū laqueus carcer ligamen Cate-na:& percussiōes oēs malleus ictus iaculum sagitta gladius falx uulnus san-guinū effusiōes egritudines morbiq꜖ oēs cōtritio paupertas p̄ssura luctus plan ctus & angustia maledictiones pessimæ: & mala sine fine interitus pestilē-tiæ terræmotus atq꜖ diluuia in cōfusiōem & exterminiū maloꝝ oīum igno rantū & supboꝝ & auaroꝝ hoīum q̄bus tā desunt q̄ hēnt q̄ q̄ nō hēnt . sem per.n.sunt egentes.nō ergo miꝝ si iuxta sn̄iam Isayæ.xiii.cap.& uisitabo sup orbē mala & īpios iniquitatem eoꝝ & requiescere faciam supbiā infidelium & arrogantiā fortiū humiliabo sup hoc cælū turbabo & terra mouebit᷑ de loco suo pp indignatiōem domini exercituū:sit.n.deus gloriosus p̄uidit ab æterno in nostris tp̄ibus tot & tāta scelera hoīum cōturbauit ergo cælū no stris tp̄ibus ut suo motu a deo glorioso facto Saturnus cū Mercurio in tali tpe coniunctis cū aliis p̄dictis malis cōstellationibus p̄sentis anni . 1 4 9 8 . humanos pustulis & pestilentia affligat.

Capitulum uigesimum septimum curam gallici morbi ostendit tā p cō munē scolam q̄ per q̄ntas essentias:ubi multa secreta pandimus.

q Via multi affligunt᷑ qui uitiis carēt ex ordīe uniuersalis influentiæ a diuina maiestate ab æterno ordinatæ in tali tpe:ut malos affligat : iō ꝓ bonis curā describimus:malis āt hoībus nullo pacto cū diuinā uo luntatē medicamīa ꝓdesse possunt usq꜖ ad scelerum purgatiōnē. Demōstra uimus p sapientū sermones pustulaꝝ cās cælestes:& cōsequēter humorē pe cantē scimus humorē adustū:siccū cū pmixtiōe coleræ & melācoliæ ad quo rū expulsiōnē prīo uia cōi incedā;scdo p q̄ntas reꝝ essentias. Prīo purgātur ægroti.℞.cassiæ unciā.i.cōfectiōis amech dragmas q̄nq꜖ ꝓ ætate cōpleta ꝓ pueris dragmas duas & misceāt᷑ cū aq̄ decoctiōis senæ & sūmat᷑ ī mane.& nō dormiat euacuabit materiā adustā.Si āt uolueris materiā digerere det᷑ tribus diebus sciropus de upatorio uncias.iii.cū aq̄ decoctiōis fumi terræ uncias. iiii.aut cū decoctiōe senæ:& mirabolanaꝝ chebuloꝝ & post det᷑ medicīa p̄

dicta.sic ter faciendo & post primã medicinã ꝓuocet̃ sudor i balneo calido & humido & postea coopiat̃ infirmus & sudet habũdanter:& i sequẽti die, ite rũ sciropos sũmat ṗdictos ꝑ tres dies & deiceps medicina:& post scd̃am medicinã ꝓuocet̃ sudor post duos dies ab assũptiõe mediciæ:ut si medicĩa sum pta fuerit die dominico ꝓuocet̃ sudor die martis & cũ uno die qetis & reassumptiõis uirtutis & fiat sudor magnus & sic ter fiat a pricipio.tũc.n. mate ria purgabit̃ & dolores & pustulæ cessabũt.sed si adhnc pustulæ nõ sint arre factæ & cõsumptæ:fiat unguẽtũ ex terbẽtina multotiẽs lota uncias.ii. ceru sa unciã.i.argẽti uiui sublimati:q̃rtũ unũ butiri unciã mediã salis cõis quar tũ unũ unciæ cineris:q̃rtum unũ unciæ succi citrãguloꝝ aut limonũ tantũ ꝙ coopiat totã materiã & bulliat ꝑ horã:& postea tali unguẽto ungat̃ pustu læ & imediate rõe reꝝ accutaꝝ fiet causticatio & desiccatio & escara q̃dã sic ca cui fiat unctio bis uel ter:& ꝑ se ipsas pustulæ oẽs exsiccatæ cadẽt carne sa na remanẽte:& hoc i termĩo sex dieꝝ oẽs pustulæ curabũt̃. si eẽnt magnæ sicut palma manus & grossæ ꝑ digitũ unũ:sed certiores facio oẽs ꝙ magnũ causat ardorẽ hoc unguẽtũ q̃d nisi magnanimi & uiriles utẽt̃ hoc unguento ut cito sanent̃.iõ fiat aliud unguẽtũ ex trebẽtina lota & cũ cerusa & cũ pau ca q̃titate argẽti sublimati & cũ butiro & bulliãt sine succo limonũ.Itẽ post unctionẽ huius unguẽti leuiores uagant̃ pustulæ cũ aq̃uitæ & desiccabunt̃ & curant̃ mirabiliter.

Capi.uigesimũ octauũ de pace & bello ṗsentis anni christi.1498.

C Ommemorãdũ ur̃ cælestes iñuẽtias effectus nãcisci scd̃m iferioꝝ di spositionẽ iuxta ptolomei sñiam.4.prio sic asserẽtis cælestiũ uires eẽ necessarias q̃ ꝓhiberi nequeũt qn ĩfluãt sed terrestres dispositiões sẽt uariabiles & prias reꝝ sũpioꝝ.s.cælestiũ occasiões accidẽtaliter suscipiunt: sed si aliq̃ ĩfluẽtiæ sunt potẽtissime idispositæ iferioꝝ materiã disponunt̃:si cut scd̃m sñiam manilii effectus necessarii eẽt ut i magnis cõiunctiõibus diluuia efficiẽtibus & i aliis pestilẽtiã uniuersalẽ & terræmotũ qbus humanũ igeniũ obuiare nõ ualet:quoniã data cælesti ĩfluẽtia & materia ĩferioꝝ dispo sita effectus sint necessarii:& ideo canit.Soluite mortales aĩo curasq̧ leuate. Totq̧ supuacuis uitã deflere q̃relis Fata regũt orbẽ certa stãt oĩa lego.At ni si fata darẽt:leges uitæq̧ necisq̧ Fugissẽt:ignes æneã:troia sub uno.Nõ euer sa uiro fatis uicisset in ipsis.Aut lupa ꝓiectos nutrisset martia fratres. Quæ oĩa ĩtelligẽda sunt quũ ĩferior materia disposita fuerit:hoc unũ ẽt cõmemo rãdũ ur̃ ꝙ libeꝝ arbitriũ nostꝝ quũ nõ hẽt organa disposita sua nõ ṗt frui libertate.sic.n.uirtus cogitatiua ĩfecta radiis cælestibus nõ representat ĩtelle ctui nisi spẽs ĩfectas.sic.n.falsa ĩtelligimus sic.n.martialis ĩfluẽtia colerico fu mo cogitatiõe uirtutẽ ĩficit.sic ṗrũpimur i furiã & credĩus bñ facere.sic.n.sa turni ĩfluẽtia imagiatiuã ĩficiẽs i despationẽ ducit.sic se ĩpos hoĩes ĩterficere facit sub spẽ fugæ.& recessus a pœnis. Sic anima pauperrima organis carens

non potest uti sua libertate:Et ideo non mi℞.Quod infinitæ sint Stultitiæ Et inaniæ Spés secundũ modum corruptionis uirtutum iteriorũ organorũ nostri corporis:Quoniá si naturaliter uolumus inspicere dispositione íferio rum anno præsenti in Italia Videmus elementa uariata & turbata ad Siccita tem Et consequéter ad bella & uindictã & sanguinis effusione:Sed hoc anno non est alia particularis dispositio necessaria ut magna bella Sít ut áno christi.1494. Fuit hoc.n. anno populi neapolis regni non sunt cupidi nouita tũ: ut Vniformiter uocét reges alienos eorũ incõstantia & uolubiles mores ipsos uberrime puniuit:Fuit enim regnum in se diuisum:non ergo mirum si conquassationé inter se habuerũr non.n.hoc anno repleti quiete : ut aliis an nis elapsis optabant prælia non.n.experti erunt tot & tanta mala uoluerunt exptum sunt nãq; exuperantes laboribus:non.n. hoc anno optabunt habere nouos rogos.Quum uiderunt in q̈ttuor annis neapoli quattuor reges re gnauisse:sũt ergo facii:non.n.expti erant aliméторum uitæ pænuriam uolũ erunt expiri sic optabant noua induméta & Calciamenta magna extrinseca habuerunt ergo quod optabát : non oportebit Expiri alios reges habent. n. regé prudétissimũ & p uarios casus uersatũ mitté & iustissimũ sacrá maiesta té regis federici nostri:q a deo Sua uberrima gr̃a Custodiat:nõ.n.põtifex op tabit nouitaté:optabat.n.magna facer̃ & cõmouere exptus é áno xp̃i.1494: optat nunc in.Silétio manere:Non é alius priceps seu dux q timore ductus alienos reges uocet:Nactus.n.é.Quod optabat expti quoq; Sũt ueneti picu la & dispédia uberrima. Regnũ quoq; neapolis pp íestina odia ínata íter ciues & alios populares etiã optimũ & iustissimũ regé habétes extrísecos do minatores querũt:ut ptem aduersá suppeditare possint:sic oppositos dñato res diuisi populi cõuocant. Potétatus quoq; aliq liuore cõmoti cõtra uene tos alios dominatores cõuocare possũt cõtra ipsos ad p̃lia excitãdo. Quibus oĩbus inferiores. Radices bella & p̃lia significare & conducere possunt. Extrinseci prícipes & reges extra italiam dominátes expti fuerunt italorum mores forte nequaquã fidé eis ãplius nõ præstabũt ;uiderũt ení suos ptiales cõmotos experti quoq; fuerunt labores & mortes í illo cõflictu cũ ueneto rum exercitu:& multa alia:quæ i Silentio ptrãsibo.estat & cõsiliũ pisiése an consulat aduentũ:an dissuadeat. Omnia ergo ista Sũt in dispositiones íferi ores. Vt bella nõ fiant. Vnũ tantũ restat magnũ dignũ cõmemoratiõe:p qđ bellũ atrocissimu inferior dispositio ídicat. Florentinorũ.s.oppressio si nãq; pisarũ ciuitaté penitus amittent nõ habebunt illa lucra:q elapso tpe habuerunt:sic laná ex occidétalibus partibus nõ habebũt:sic portũ ét amittent:sic Florentia paulatí & successiue in paupertaté cadet ac ét quia nolũt leonem potentissimũ iuxta eo℞ oues:posset.n.cõturbari futuris í téporibus & oẽs circũstantes pastores deglutire qbus oíbus contéplor propter hác dispositio nem magná bellaq; renascitura:estant quoq; liuores alio℞ principum ut ala

tus leo prædá relinquat:quá tāta auri multitudīe acquisiuit. Quis nāq; solēt ex qbus oībus nō nisi mala plura uideo. Ad cælestia ergo animum flectēdo. Mars infortunas signū ꝓfectiōis cōiunctiōis:q̄ significauit xp̄i aduētū bella īter xp̄ianos significat:signum pisciū ꝓfectiōis magnæ significat scd̄m albumasaré q̄rto cōiunctionum magnaꝝ:rumores terribiles:& bella:& hoc iter meridiē & occidētem:& iter septentriōem:& orientē ī italia:in foro Julii:& ī como:marchia:triuisana:q̄ scd̄m aliquos a piscibus gubernant̄:ꝓfectio ascédentis cōiunctiōis Saturni:& Iouis . 1 4 6 4 . q̄ significauit sismata in ecclesia:& xp̄ianorum iacturā & amissiōe albaniæ:& aliaꝝ ciuitatum:& dānum generaliter xp̄ianis:hoc āno ꝓuenit ad leonē īfortunatū ex q̄dratura martis: significat bella in q̄rto climate:& romæ:qđ turchi ad arma se mouebunt:& qa mars est in ascēdente & potēs:& sol ī duodecimā labit̄ turchoꝝ potentiam significat ꝓfectio cōiunctiōis:q̄ significauit aduētum maumec ad capricornum martis exaltatiōem turchos potentes reddit. Profectio cōiunctiōis Saturni & Iouis quādo mutauerunt se ab aerea ī aqueā triplicitaté deuoluta ad pisces:portēdit inter christianos rixas. Profectio ascēdentis cōiunctionis ad gemīos.& Mercurius īfortunatus lites īter xp̄ianos īfortuniū. Profectio ascendētis illius anni ad tauꝝ īfortunatū dānum & bella īter christianos denunciat. Profectio ascēdentis cōiunctiōis saturni & Iouis.M.cccc.lxxxiiii.ad leonē infortunatū portendit lites īter sacerdotes:& discordias tā romæ q̄ in quarto clymate:& Apulea:Cremona:Perusa:Mātua:q̄ in leone illustrantur. Mars pricipatum tenēs ī anno scd̄m sn̄iam albumasaris significat bella & effusiōes sanguinis:& qa est directus portendit bella rōne petitionis rei iustæ: & sic erit bellū inter ciues oriētis & occidētis scd̄m Albumasaré: sed qa Venus ī sua exaltatiōe uim hēt in ascēdente multa tractabunt̄ de pacis īmissiōe sic ī parte tenet bellum suspensum. Saturnus ī duodecima cum Mercurio significat lites inter hoīes & inimicitiā & magnū malum.& hāc cōstellationē obseruent ueneti:qa saturnus eoꝝ significator labit̄ ī duodecimā domum. Mars dominus āni minus nocet Neapoli:& florentiæ qa infortunæ fuerūt cōiunctæ & ante introitū solis ī arietē Saturnus in ascendente erit:& mars ī ascendēte in introitu portēdit scd̄m hali dāna accident oībus hoībus. Quia ī cōiunctione Saturni cū marte Luna ēt aplicuit ad eandē cōiunctionem:significat famē mortalitatē & bella scd̄m hali ī latitudīe martis:& destructionē regꝝ sub ariete:ꝓ Neapoli malū portēdit & ēt malū ꝓ florētia. Cōiunctio martis & Saturni significat lites & ꝑlia:& mortem senū:& ouiū:& bouū. Sol ī duodecima significat regi de clymate Italico sub diuisiōe arietis anxietates & cogitationes magnas ꝓ inimicis:Qui īsurgunt contra eū:Et eadem significatio ī florentinis. Saturnus ī.xii.mortalitatē rōne inimicoꝝ scd̄m hali in inimicis. Mars ī ascendente multā sanguinis effusionē hoc āno significat uersus septentriōem iter turchos:& nationes septētrionales. Mars ī tauro inter

f

sectiõem rõne sui dominatus indicat uersus septẽtriõem: coniunctũ martis & saturni ĩ ariete portendit aliquod signum apparitum hoc anno in ariete aut in tauro. Quadratum mercurii: & iouis contentiones sacerdotum: & cardialium. q̃dratũ iouis & solis fraudẽ ĩdiciũ significat hoc quoq̧ cõmemo rãdũ fatẽur q̧ bellorum motores h ãno uictoriã hẽbũt pp martis eleuationẽ.

Alia quinta essentia mirabiliter morbum pustulosum curans.

℞. Reubarbari cõtriti dragmã.i.elebori dragmã.i.& bulliãt in liquore celesti secernẽte.ex istis duobus naturæ simplicibus.qntas eẽntias det uncia media cũ parum zuccari in mane & expellit oẽm humorẽ infectũ: & hoc fiat ter in spatio nouẽ dierum. Alia medicina.℞.elactuarii succi rosarum unciã.i.cõfectionis amech unciã.i.ponãt in liquorẽ phõrum factum & bulliat p horã leuiter & liquor supnatet in pdictis oĩbus materiis q̃tuor digitis post modũ uero det cum parum zuccari unciã.i.huius liquoris grauidi subtilissimo spũ elactuarii succi rosarum & cõfectiõis amech & mundificabit humorẽ colericũ in melancolicũ miraculose q̧ a nescientibus cãs & uirtutes qntæ essentiæ tãta admiratiõe ducunt: q̧ p medicinales uires neq̃q̃ eẽ scm̃ psitent: psiteor psecto ueritatem q̧ simul cuidã iuueni largitus fui qntã essentiã reubarbari & sene & scamõiæ & mirobolani & in nouẽ diebus fuit mundificatus ab omni morbo pustuloso: & iuncturarum dolores cessauerunt & sic penitus fuit sanus & sic ĩ multis diuino irradiãte lumine sum exptus.q̃re nõ nobis dñe non nobis: s nõini tuo da gloriã & honorẽ q tuã infinitã misericordia herbis & rebus inferioribus uirtutem tribuisti.ut tãtos mirãdos effectus faciãt: q̃re nãq̧ herbarum & cõfectiõum uirtutes p nr̃am qntã essentiã excitant & augent. Sic.n. oĩbꝫ pere pt: spiam qntæ essẽtiæ nõ cõtrariã eẽ mediciæ cõi: sed ipam asserit & psitet esse cãm & modũ & uiã: ut ad uerã cognitiõem sũmæ medicinæ deuentum sit: q nãq̧ sapientia & uniuersalis medicina p qntas essentias.ẽ scientia & sapientia supra medicinam cõem tenens eam tanq̃ pedissequam: ac etiam ut instrumẽtum: quo ad ueræ medicinæ cognitiõem deuentũ psectũ sit.

Capitulum.xxviiii.De ciuitatibus signis subditis: & primo de Florẽtinis subditis Signo arietis.

n Ulli dubiũ ẽ cælorum uires suas cõseq effectus scdm inferiorum dispositiõem.qm̃ elapsis ãnis cõsiderauimus eclipsim scãm ãno xpi.M.cccc lxxxv.in ariete: qd signũ uim hẽt neapoli: & florẽtiæ: iõ hæc ciuitates effectus eclipsis scdm prolomeũ post horas distãtiæ ab angulo afflictionẽ habitur erãt: sic nãq̧ eclipsis effectus apuit ãno.M.cccc.lxxxxiiii. &.M.cccc. lxxxxv.quo p duas horas durauit eclipsis.duobus ãnis fuerunt afflicte & aliqd ultra sic florẽtia incepit agitari afflictiõe: fuerunt pricipia dispendiorum in Fiorentia & principium bellorum intestinorum: sic fuit quoq̧ neapoli q̧ ãt florẽtia incepit hr̃e dispẽdia: sic habuerunt bella p pisarum ciuitate acqrẽda: habuerunt famã: habuerunt pestẽ: nõ habuerunt lucra mercantiarum lanæ ex regno

neapolis:non setæ:seu serici:hūerunt ergo dispēdia magna:& eoꝝ mercantiæ:& redditus cessauerūt:sic inferior eoꝝ dispositio ē.qđ sint debiles pecuniaꝝ:ex qbus oībus possemus imaginari qđ nō possent sufferre lōga bella: & cōsequenter ꝑ talē discursum posset qspiā dicere ciuitatē penitus affligendā:& neq̄q̄ reqsiturā:& redēpturā pisaꝝ ciuitatē.sed q̄m huiusmōi discursus sunt hoīum idiotaꝝ grossoꝝ q credūt ꝑ discursum terrestrē ꝑscire effectus celestes:q credūt ꝑ diuitiaꝝ regū cognitiōem:cognoscere futura:q credunt ꝑ expimēta antiq̄ cognoscere effectus celestes.sunt nāq; inferiora uariabilia quoꝝ nō ē uera scia:sunt ergo fallaces discursus idiotaꝝ hoīum ꝑ huiusmōi terrena discurrentium.qs.n. idiota ꝑsciuisset galloꝝ potentiā hiemali tpe italiā inuasurā.Quis idiota ꝓcognouisset aeris serenitatē & hiemis bonitatē tpe inuasiōis sacræ maiestatis regis frāciæ.Quis credidisset florentinos se iūcturos a cōfederatiōe regis neapolis.qs rusticus potuisset ꝑscire tot:& tātas ciuitates cōcessisse gressus.& trāsitum regi frāciæ:qs potuisset nouisse ꝑ terrenos discursus neapolitanos oēs hostium clausisse contra oculos strenuissimi regis ferdināndi:q uix uim habuit:ut ad castꝝ potuisset accedere: qs.n.nouisset neapolitanos ita libenter regē frāciæ recepturos.qs ꝓcognouisset qđ totū regnum ī decē diebus rex frāciæ nactus fuerit sine armis:sine clade : qs ꝓcognouisset qđ ita cito reuersurus erat:& suā ꝑdicere iacturā relinquēdi regnum:nisi ꝑ influxus cælestes.Dixi nāq; ergo ī meo iudicio uniuersali in capitulo.xxviii. cuius fuerunt hæc uerba formalia: q̄obrē ꝑ has patentes perniciosas influentias ꝓuaticinamur noua regna inuasuros ad detrimēta nō modica incursuros:& eoꝝ cōquassatiōes significamus:& dixi qa iupiter erat in domo mercurii.iō cōfederatiōes factæ a rege frāciæ inuadēte in italiam cū eius cōfederatis erāt labiles & deceptiōes:& amicoꝝ incōstantia:sic ꝑdixius uictoriam regis alfonsi:nō inquantum rex alfonsus locutus fuit:sed inq̄tum potentia inuasa.qa nō debebat amittere regnum:& sic ꝑdixi:& sic celi significauerūt:& ita fuit.Sic quoq; dixi quod non accedent contra infideles rex mouens bella:& sic actum est.quam obrē ad florentiā reuertamus nostrum sermonem uidi oculis ꝓpriis martē & saturnum cōiunctos . xxvii. ianuarii anni christi.M.cccc.lxxxxviii.in ariete:ex qua cōiunctione astronomi italie iudicant afflictionem uenturam neapoli:& florentiæ:& cōquassationē bello a quoꝝ sententia discrepo:parcant mihi tanti uiri:fit enim error in astronomia:quotiens non considerantur omnia necessaria:oportet enim cōsiderare uirtutem planetarum coniunctorum:q̄ si ignorauerimus fit iudicium falax:oportet considerare uirtutes planetarum coniunctorum:quis habet q̄litates proprias:& quis apropriatas seu accidentales:uirtus nāq; martis est calida & sicca:sed quia caliditas coniuncta siccitati:est maior caliditas:q̄ siccitas:Sic enim mars coniunctus in Ariete signo calido : & sicco cum Saturno ratione qualitatis propriæ Martis in signo calido : & Sicco superabit

uirtutem Saturni cōiuncti secū:& ēt scđm Ptolomeū eleuatiōes planetaꝝ su per alios significāt uictoriā. Quare mars ī p̄dicta cōiunctōe cū saturno ē ele uatus qa ē ī domo sua ī ariete & saturnus ī sua depræssiōe: est ēt alia eleuatio martis supra Saturnū. qa mars ī p̄dicta cōiunctiōe est septentriōalis:& p con sequēs potentior:& si q sunt cōtemplatores ueritatis: hæc īspiciāt in signū ta lis uirtutis martis: uideāt si post cōiunctionem martis cum Saturno. xxvii. ia nuarii. M. cccc. lxxxxviii. fuit cōmutatio extremi frigoris ad caliditatē elemē toꝝ p actiōem dominii martis: sic niues cessauerunt. sic quoq; frigora. q̄ ob rē cōcludimus cōiunctiōem hāc factā ī ariete. Dominatores florentiæ dispo nere & ipsoꝝ mētes ad uictoriā:& ad auxilia extrīseca: sic. n. cōcludimus flo rētinos nō ita affligēdos quēadmodū aliq putāt: sed inueniēt astra uiā: inue niet. n. mars uires: ut eoꝝ paucitas pecuniaꝝ p aliqđ īgenium eoꝝ p̄signifi cet auxilia: qa mars est septentriōalis: ex pte septentriōali uī suā habebunt & qa mars dn̄atur ī occidēte: ēt ex occidēte uires suas florētini cōsequenť. licet enī oē agēs ī agēdo repatiaťī belloꝝ turbulētiis hēbunt pestē: hēbunt dispē dia:& alia multa mala: q̄ tamē fieri nequeunt ēt si uictoriosissimi essent. oē n. agēs patiť ī sua actōe.& sic cōcludimus p cælestes potētias florētiā illa de trimēta credita nō inuasurā: sed postremo & cōpletis bellis potentiā hēbunt nō me dicāt mēdacē: si uidebūt Florentinoꝝ aliqs cōquassatiōes qa finis oīa ppēdet: nō. n. ante ludi p̄fectiōem possumus dicere socioꝝ pecūias acqsiuisse

Capitulū trigesimum mundi cōquassationē p̄dicat & noui ꝓfetæ aduētū.

e Rit ꝓfecto planetaꝝ coitus supioꝝ cū solis aspectu:& cæteroꝝ pla netaꝝ. ī cācro. i 5 03. ex qbus tūc climata cōquassabunť: tūc mūdus erit sāguīe plenus: nō. n. bella īcepta āno xp̄i. 1494. sic sint terminā da qn mūdū uariis calamitatibus affligāt: qn sismata ī eclesia pariāt: qn regnoꝝ mutatiōes significēt: nō sic optabunť negotia: ut aliq putāt:& licet ex Vene ris īfluxu hoc āno res optarenť nō erūt firmæ: sūt nāq; cōstellatiōes potētes ut sanguinis effusiōes fiāt: nō. n. mūdus uitiis plenus regiť a bonis syderibus qm̄ cōstellatiōes celestes malos mores hoibus īfluētes bonū nō pareř possūt sūt nāq; hoies q̄si oēs auari: supbi: īfideles: ꝓmittūt & nō obseruāt nusq̄ tuta fides: ille putaťsapiēs q diues: ille magnifit: q magis ꝓditor: sic scīa & spīa cele stes hn̄tur ꝓ demētiis: ꝓ deliramētis: dn̄anťinimici uirtutū & sciaꝝ & qm̄ de us ē sūma spīa: nō pmittet ī eternū: ut tot tāta mala ī mūdo pseuerēt:& diffe ranť: sic erūt necessaria bella: strages: sic fames: morbi: pestes. Nō. n. pmittet deus simōias tot:& tātis censibus:& ēt facultatibus:& diuitiis: ut mali hoies sub uirtutis spē dominenť sic reformabit leges scās. Ecce. n. uideo celos aper tos ꝓducturos ꝓphetā sanctū redēptuꝝ humanū genus uitiis p̄cipitatū:& qm̄ magnitudo ē ens rōe cuius bonū agit bonū:& magnum. lō magnitudo uirtutis dei ī tantū magnificabit bonitatē qđ oīa uitia postponētur. Quam ob rē ꝓduxit deus cōiunctionē Iouis cū saturno āno christi. i 464. ut ī mū

dum pfofetā ꝑduceret. Sic.n. anno xp̄i. M.ccccc.iii. cōiunget dominus suos prætores Iouē: & Saturnū: & Martē in cācro cū aspectu quadrato Mercurii: & Solis: & Lunæ. Quapp scđm sapiētiam magni Astrologi Messahalæ sic dicentis. capitulo nono de magnis cōiunctionibus: scito qđ res maxie atq; mirādæ accidūt ex cōiunctione planetaꝝ superioꝝ: & hoc fit pp tarditatē motus eoꝝ quū cōiuncti fuerint ipsi tres in uno termino uel facie. & aspexerit eos sol: significabūt destructionē sectaꝝ & regnoꝝ: & eoꝝ mutationē: & res maximas: & hæc ē cōiunctio maxima: q̄ significat ꝓfetiam: & destructiōem quorundā climatū: & res maximas: & maxima si auxiliatus fuerit eis aliquis planetaꝝ inferioꝝ. Quare quū ad hāc cōiunctionē pficiēdam tota cælestis militia cōcurrat effectus erūt maximi: sic.n. mūdus totus cōquassabiť pp planetaꝝ septē mensiū cōiunctionē: quoniā mō retrogradi: mō directi septem mēsibus erūt cōiuncti: si nāq; simplex eoꝝ coitus: q uix quindecī differť diebus mūdum tātū cōmouet: ut supius dictū ē: tāto magis si mēsibus septem p retrocessum. & directionē sæpius cōiungāť. Quare īter turchos & maures & ídos: & cæteras q̄scūq; natiōes crudelissima bella uigebūt. Sic īter xp̄ianos erūt discordiæ: bella: & oīa genera maloꝝ: nō.n. unienť. ut cōtra īfideles cōfederenť: sed erūt inter se diuisi cristiani: q̄re regnū eoꝝ desolabiť. Hoc etiā cōmemorādū uideť illud qđ dixit Albumasar scđo libro magnaꝝ cōiunctionū dr̄a. 8. qđ duratio legis romanoꝝ esset. M.cccc.lxv. ꝙ ab ipso tpe sensibilē diminutionē cōpræhēdebamus. Quare speculeť an sclauonia: albania: græcia: & multæ xp̄ianoꝝ partes sint amissæ: q̄obrē pp hāc futurā cōstellationem tot & tanta ueniēt mala: & regnoꝝ mutatiōes: qđ mea lingua exprimere neqt: & post hæc tpa: prophetā uentuꝝ concernimus: q reformaturus erit totum mūdū ad diuinū cultū: & post & scđm sn̄iam ysaiæ forsan post nō erit splēdor solis neq; lunæ sup nos: sed diuīæ maiestatis solus fulgor secūdū Hieremiā. xxxii. dabit nobis deus cor unū & unā uiā: ut cōtra suā maiestatē crimina nō cōmittamus: & scđm sophoniā ꝓfetam: qa tūc reddā populis labiū olectū ut inuocēt oēs nomē domini: & seruiant humero uno: & forte erimus ī statu īnocētiæ ante peccatū addæ. Et tūc oīa ītelligemus scđm sententiā Dauid: & tūc uidebimus celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ lunā & stellas: q̄ tu fundasti: & tūc uere dicere poterimus scđm ꝓfetā: susceptor meus es tu & refugiū meū dominus meus sperabo ī eū: quoniā ipse liberabit de laqueo uenātiū: & a pestilētia aspera: & p eundē quū iusti erimus: non dabit ī eternū fluctuationē iusto: & ī Leuitico dabo pacē: & dormietis: & nō erit: q exterreat: & scđm Dauid ꝓpe ē dominus inuocātibus eū in ueritate: & in uteronomio iuste qđ iustū est prosequaris: & uiues: & cū Salomone melior erit cā q̄ principiū: & p hieremiā: & cōuertā luctū eoꝝ ī gaudiū: & cōsolabor eos & secundum sapiētiā zachariæ: & erit dominus rex sup oēm terrā in die illa erit dominus unus. & erit nomē eius unū: & scđm ꝓphetiā Dauid: sit nomē eius ī secula ante solē pmanet nomē eius: & benedicēt ī ipso oēs gentes magnifica

bũt ipſum. Laudet̃ ergo infinita Creatoris potẽtia: q ꝑ ſuã infinitã magnitudinẽ uirtutis poſt belloꝝ cõquaſſationes: & ſtrages: & peſtes: ꝑ ſuũ ſanctum uiꝝ ꝓphetam mundũ ꝑfectiſſimũ cõmutare uult ſcd̃m cæloꝝ portenta: q náqꝫ cæli libri ſunt diuinæ maieſtatis in qbus nobis mortalibus & ĩcarcera tis animabus oſtẽdit ſuã uolũtat ẽ. & potentiã maximã: ut nos ita inferiora diſponamus & mẽtes: ut ſuã maieſtatẽ colere: uenerariqꝫ ualeamus: hæc dixiſſe uolui tã q̃ phũs: & cæloꝝ ſpeculator: quoꝝ ſi aliq̃ ſunt diſſõna a theologoꝝ ſentẽtiis uolui dixiſſe. hæc tã q̃ creator ſermonũ philoſophoꝝ & nõ tã q̃ defenſor. Cõfiteor. n. qcquid ſacri theologi ꝓfitent̃. De fortuna aliaꝝ ciuitatũ italiæ ſcd̃m eaꝝ aſcẽdentia eo mõ: quo ab aliis recepimus. Quare ciuitates & regna ſuppoſita arieti: tauro: libræ: & ſcorpiõi: uariis ægritudinibus: afflictiõibus: & ꝑliis uexabunt̃ hoc ãno ciuitates: & regna ꝑdictis ſignis ſubdita ſunt. Neapolis Florẽtia: Fauẽtia. Britania: Apulea: Germania: Polonia: Siena: Verõa: Taruiſum: Frãcia: Burcũdia: Tuſcia: Mediolanũ: cõſtãtiopolis: Mãtua: Cremõa: Rauena: ariminũ: urbinũ: Piſa: Ferraria: Patauiũ: Lucca & ianua

Capitulum trigeſimumprimum de Summo Pontifice.

Præſuppoſita ſua uera gẽitura nobis data luna anni domina aſcẽdẽte aq̃rio: ſignificat qđ hoc ãno multũ inclinabit̃: ut diuitias cõgreget: qa eſt in ſecũda: & diuiſor anni. Mars ĩ. 2. domo: ad hæc ĩclinabitur: Sed quoniam ſunt duæ cæli infortunæ ĩ ſcđa ſuæ reuolutiõis die pría ianuarii: & luna ĩ. 2. dãnũ ĩ ſuis diuitiis ſignificamus: ſed quoniã ſol ẽ ĩ undecima: & uenus ĩ decima: & iupiter ĩ decia: & Mercurius ĩ decia portẽdũt amicitías nouas regũ põtificẽ acqſituꝝ. & exaltationẽ aliquã ꝑquirere aut aliqd noui ĩ religiõe efficere: ſed quoniã iupiter & Mercurius ſunt ſignificatores xp̃ianæ ſectæ: qui quotiens ĩ aliqua ãni reuolutiõe fuerint infortunati: ſignificãt ſiſmata: in religiõe & rixas: Quẽadmodũ ĩ noſtro uniuerſali uaticinio ꝓbauimus ubi a diluuio uſqꝫ ad ãnos xp̃i. cccc c. lxxvii. hiſtorias cũ ſignificatis cæleſtibus coniunximus: q̃obrẽ ꝑꝑ multam Mercurii iacturã hoc ãno: & ꝑꝑ Iouis infortuniũ. xx. octobris quadrati cũ marte: &. xxv. ianuarii quadrati cũ ſaturno: ſignificãt rixas: & cõtẽtiões ĩ eccleſia: & ſuæ paternitati mẽtis lãgores: ex qbus ĩ uita ẽ ĩfœlix.

Capitulum trigeſimumſecundum de Imperatore Maximiano.

SI uerã habuimus ſuæ maieſtatis geniturã anno ꝑſenti ĩ ſuo uaticinio recte accedemus. Eſt nãqꝫ præſentis ãni horoſcopatuꝝ ſignũ cancri. xxviii. martii: & ſol: ſaturnus: & mars in decia: & quia Saturnus anni dominus ſub radiis ſolaribus: ſignificat qđ ſuã maieſtas erit ꝓna meroribus & cogitationibus ut ĩperiũ augeat magis q̃ elapſis tꝑibus: & ſic mẽtis cogitationes ſuã maieſtatẽ uexabũt: & perplexiões diuerſæ: Sed quoniã ſol ẽ ĩ decia ſuã exaltationẽ ſignificamus. Mercurius ĩ decia ĩperium ſuum augebit: & dignitatẽ ſignificat. & ingenii acumẽ. Luna ĩ undecima: ſpẽ ſuæ maieſtatis augebit: & res optatas ꝓſequat̃: ſed quoniam mars ẽ ĩ undecĩa. Amici ſui: & Barones: ſeu duces ſuæ maieſtati obſtabũt: & magna ĩ parte res optatas impediẽt.

Venus i.9.significat lõgisquas peregrinatiões:iupiter i.6.minuit ĩfluxũ caudæ:ut ab egritudíe euadat.cõcludimus ergo suã maiestatẽ aliqđ excellẽs hoc anno facturã:ĩferiores quoqȝ diuitiæ augere:& ĩpedire solẽt prĩcipum gesta: sed quotiẽs ĩfluentiæ sunt potẽtissimæ:modũ & uiã largiunť ut effectũ consequanť.sua ergo maiestas magnis ifluxibus exaltata:aliquod dignum opus perficiet:licet contra nitantur inferiores dispositiones.

Capitulum trigesimumtertium de Rege Franciæ.

h Abuimus nãqȝ suæ maiestatis geniturã ubi eius reuolutionẽ feci ão xp̃i.M.cccc.lxxxxiiii.Vbi inueni uenerẽ i scđa domo:& martẽ:& Imuẽ ĩ quĩta:& lunã dominã:& saturnũ i undecía ubi eius fœlicitateno speculati fuimus:sed quoniã ãno.M.cccc.lxxxx.v.i reuolutiõe suæ maiestatis inueni ĩ ascẽdente leonẽ:& solẽ ĩ duodecima ãni domini:& saturnũ in.8.domo:& lunã i septía.Quare p solẽ i.xii.significauit reges suos inimicos fore:& suũ signũ cancri ibidẽ inimicitias affirmat & p lunã ĩ septía: populares suos inimicos significauit & saturnũ ĩ octaua:& mortis periculũ portendebat:& ĩ q̃rta sede mars ẽ locatus:destrnctionẽ hereditatũ:& regꝝ acquisitaꝝ portẽdebat:& iouẽ ĩ tertia domo locatũ:significare cõperimus salutẽ in paruo itineř: & sic actũ fuit ubi post ĩmissionẽ atrocissimi p̃lii in põtremolo:in illo paruo itinere fauore iouis in tertia fuit cã suæ salutis:mõ anno xp̃i .M.cccc.lxxxxviii.Reuolutionẽ suæ maiestatis ẽrexi:ubi cõperi arietẽ in ascendente.xii.die iunii.& martem dominũ anni:& saturnũ in ascẽdẽte & solẽ : & Venerẽ in tertia:& martẽ in q̃rta & cũ mercurio:& Lunam in duodecima & iouẽ in decima:ex quibus p̃sentis ãni iudiciũ eliciemus.Sed ante q̃ hoc aggrediar.Cõmemorãdum uideť:ut reuolutionẽ anni.M.cccc.lxxxxvii. præsignemus:ubi uenus domina ãni in octaua:& mars:& cauda i scđa:& sol in septima:significat qđ anteq̃ cõpleať ãnus suus.M.cccc.lxxxxvii.qui terminať ãno xp̃i.M.cccc.lxxxxviii.iunii.xii.significat qđ ĩ fine sui ãni. M.cccc.lxxxxvii.qui ẽ annus xp̃i.M.cccc.lxxxxviii.scilicet ĩ tpe ueris:martio:aprili: & madio:& ĩ principio iunii:hẽbit dispẽdia pp martẽ:& caudã in scđa domo suæ reuolutionis.Sic enim reuolutionẽ anni p̃sentis.M.cccc.lxxxx.viii.q̃ incipit xii.iunii:quũ mars sit anni dominus iuxta gradũ horoscopãtem hora suæ geniturae:& saturnus in ascẽdente:& sol in scđa:disponũt suam maiestatem ad bella:& itinera:sed quoniã mars ĩfortunat gradũ:qui fuit in oroscopo in sua natiuitate.quũ sit dominus octauæ reuolutiõis:& in q̃rta:& est anni diuisor Saturnus significat laborẽ suæ maiestati in redditibus exigẽdis & maximum suæ iminet maiestati periculũ mortis:qđ si euadet:erit per magnũ auxiliũ & prudẽtiam.Significat.n.mars in cancro pectoris dolorem:aut apostemat aut aliquod detrimentũ in pectore incursurum: Saturnus in ascendente in Venere suæ maiestatis torturas:& dolores significat:& ocultos inimicos ex q̃bus oĩbus:si euadet:ut mortẽ nõ incurrat:aut maxima mortis p̃icula summa cũ sua prudẽtia:& sapiẽtum auxilio factũ fuiTet dicemus:& si bellũ sua

maiestas moueret: nō per natiuitatem suā uictoriā cōsequet͂ hoc āno: sed p cælestes uniuersales uires bellog motores hoc āno uictoriā cōsequent͂ pro pter martis dominatū. hæc uolui dixisse nulli parti fauens: sed tanq̄ celestis monarchiæ speculator.

Capi. trigesimūquartū de Rege Hispaniæ.

I Nspecta genitura Regis Hispaniæ: eiusq; reuolutiōe ubi die. xxx. iunii. xiiii. suū estat prīcipiū sui natalis: eo mō quo nobis datū fuit: ubi uenerē anni dominā cōbustā ac marti iunctā significat suæ maiesta ti tristitias: & īpedimēta & lites aliquas & angustias rōe mulierg & mœrorē amicog atq; filiog cā: & quoniā ē cōiuncta marti significat īfirmitates calidas cū pmixtiōe humoris grossi: luna quoq; ī sexta sede egritudinē suæ maiestati portēdit: sic īpedimēta suæ egritudinis rōne ueneris in cācro erunt in brachiis & genibus: & rōne martis in pectore & cruribus: a quibus sua maie stas medicinag auxilio ante influxus inuasionē: bonū eēt corpus purgare: q̄ re rōne martis & solis ī scđa dispēdia hoc habebit. Saturnus in undecima re uolutiōis mærorem ab amicis & paucitatem profectus rerum speratag q̄ ni hil pficiēt: & in uolutionem in rebus: & duriciē eag. hæc sunt celog suæ re uolutiōis portēta.

Capitulū trigesimūquintū de Duce Mediolani.

A Ccepimus suā geniturā. iii. augusto: cuius nāq; reuolutiōis dominus hoc āno. M. cccc. lxxxxvii. & differt͂ usq; ad. iii. augusti. M. cccc. lxxxx viii. iupiter extat in decima in sua domo significat in hoc tpis interstitio: amorē & cōueniētiā cū dominis & amicis & honorē & bonas cogitatō nes & ingeniū & optat tranqllitatē: sed quoniā sol ē ī septīa inimicitias regū significat: & cōtētiōes & lites ex marte ī duodecīa: dānū mediolanēsibus: ex uenere ī septīa inclinationem ad cōiugia: & pp mercuriū in octaua significat suæ dominatiōi cōtētiōes cā regpteritag cū ppīquis ex cā ēt diuitiag mor tuog: sed quia iupiter ē dominus hoc āno ingenio ualebit: ut pdicta infortu nīa ad bonū finē ducere conet͂ ex luna in. xii. ab āni dño populog inimiciti am significat: sed quoniā in alia reuolutiōe incipiēda. iii. augusti. M. cccc. lxx xxviii. & durabit usq; ad. iii. augusti. M. cccc. lxxxxviiii. saturnus in hac reuo lutiōe dominabit͂: cū labat͂ in. xii. in suū casū in arietē significat laborē & me rorē & iufirmitates cū sit q̄to iouis significat inuolutionē mentis: & timorē mortis ex marte in. 4. & mercurio & sole in. 4. significat mœrorē & alterationē laborē & picula & thesauri sui dispēdia.

Cap. xxxvi. de Duce ferariæ.

I Nspecta nāq; suæ dñatiōis reuolutiōe anni xpi. M. cccc. lxxxxvii. die xxv. octobris & psequit͂ usq; ad. xxv. octobris āni. M. cccc. lxxxxviii. ex marte ī. 8. multa mala minat͂ cuius dñs saturnus ē scđm pfectionē a cācro factā. s. signo ascēdēte sui natalis: qui in decīa retrogradus existens significat cogitatōes ī aqs torq̄ndis scđm hali habēr ager cū sit retrogradꝫ ī. x. significat merorē rōe seis suæ pgēiti & timorē & īfirmitatē melācolicā cū trēore febrē alia uero ꝛuolutō īceptura. xxv. octob. 1 4 9 8. usq; ad. xxv. octob. 1 4 9 9. āni dñatū Satu. sibi uēdicat. ad aq̄riū. n. ē pfectō ꝛuoluta q̄ ī. 8. existēs mars ī ascē

dente timoré significat & laboré. & mi⁊ erit: si i istis duabus p̄dictis reuolu tiōibus īcipiēdo ab āno xp̄i. 1 4 9 7. die. xxv. octobris ī quo ē initiū suæ reuo lutiōis usq; ad ānū. 1 4 9 9. die. xxv. octobris: si mortē euadet ī termino p̄enar rato mi⁊ erit: febribus cū tremore uexatus erit: cōsuluimus suæ dominatio ni: ut ante īfluxus inuasiōem bono utaꝰ regimīe cōtempante siccitatē malo rum duo⁊ īfortunio⁊ saturni & martis domināt̄iū p̄dictis ānis: bibat quo q; sua domīatio au⁊ potabile scm̄ sine conosiuis cū c●seruatōe sue formæ: & sit trāsactū p lābicū: & optīe digestū & mixtum cū iure gallo⁊ semel ī ebdo mada. 4. unū auri aut misceat cū sciropo rosato & bibat: túc. n. natura hume ctabiꝰ tēperie auri soluti & facti spirituosi cū forma sua digestissima. Consu luimus quoq; dominatiōi tuæ q̄ prīa auri cōtritio fiat cū zuccaro canna⁊: seu lapillo⁊ zuccari: aut cū zuccaro fino: & stet au⁊ ī igne cū p̄dicta mixtio ne & fiet subtilis: & p ablutionē zucca⁊ separabiꝰ auro subtilissimo rema nēte ī uasis fundo. Túc nāq; licet prius hr̄ gressus: ut a liquore glorioso au⁊ solui possit: & p lābicū trāsire quo si uteꝰ cōseruabit tuā uitā ī sanitate obui ando malis īfluxibus saturni & martis humidū substātificū suæ dominatio nis arefaciētiū. & oīa corporis īpedimēta ad tēperiē ducet guttas: podagras: & alios quoscunq; iunctura⁊ dolores sanās: & oēs quoscūq; morbos ī corpo ribus accidentes.

Cap. trigesimūseptimum de Marchione Mantuæ.

q Voniā reuolutio erecta īcœpit. . augusti. 1 4 9 7. & p̄sequiꝰ usq; ad nonū augusti āni xp̄i. 1 4 9 8. & sol āni dn̄s & ascendentis significat suæ dominatiōi dignitatē & exaltationē & īclinatiōem ad arma: sed qm̄ saturnus est ī decia retrogradus magna ī p̄te īpediet: ut dignitatē nō cō sequaꝰ rōe p̄ditiōis aut timoris: cōperi quoq; martē & lunā ī. 6. cū signo ca pricorni horoscopantis t̄pe suæ genituræ: significat egritudinē colericā hoc āno inuasurā suā dominationē: In uitæ regimīe & purgatiōibus corpis pēdē tia utaꝰ. T̄pa inuasiōis silemus breuitatis cā. sed qm̄ alia reuolutio est p̄ āno. 1 4 9 8. q̄ īcipiet. 9. augusti. 1 4 9 9. Mercurius retrogradus āni dominatū si bi uendicabit & mars diuisor significat īnuolutiōem negotio⁊ & itinera: & q̄a mars & sol erūt ī decia significat excitatiōem ad arma: & ad dignitates & significat uulnera & p̄p saturnū ī septīa cōtentiōes p̄iculosas & socio⁊ inobe diētiā. hæc de dominātiū genituris significabunꝰ: si eo⁊ ueras habuimus ge nituras: sin āt nō arti fraus īponaꝰ sed illis q nobis natalia dedeř. Ca. xxxviii. excusatiōem cōtinet ad regē neapolis federicū p̄p carētiā genituræ suæ ma-

g Eniturā nr̄i prudētissimi Federici nea- polis regis nō potui cōseq. iō suæ maiestatis reuolutiōis & cælestes euen tus ī silētio p̄trāsimus. (iestatis gesta ī silētio p̄trāseūdo.

Cap. xxxviiii. oīum hoium fortunā pādit q septem (subdunꝰ planetis.

s Aturnini ut sunt hoies proni cogitatiōibus melācolici pallidi artes laboriosas & periculosas & graue olētes p na tu rā exercētes heremite & mōachi: nigri iudei: quo⁊ aspectus atroces & hor

rēdi sūt:fortunā aduersā hēbūt & sic ciues d io a saturni subditi:ut sunt Veneti:pisani:urbiates:magūtini:bauerini malā fortunā cōsequēt:aliq in carcerē detrudēt:aliq mœroribus magnis uexabunt.h unū cōnotādū ur ꝙ saturnini h āno pp eoꝶ significatorē cōiunctā mercurio aliqđ latēs scelus ꝑpetrabūt & ꝓditiōem aliq̄ latētē:& igenio & ꝓditiōibus ꝑualebūt:& opa occultissima opabunt:hoc ēt cōmemorādū ur ꝙ maior astrologoꝶ ps Venetiaꝶ ciuitatē cācro aut piscibus subiectā putāt:a quoꝶ snia rōibus & expimētis discrepo. Veneti sunt laboriosi & cū maximis piculis facultates aqrūt:ergo saturni dñatui subdūt:Tpibus.n.estiuis:q̄ sunt magis apta ad qetē & delitias agitant magno calore i cōsiliis festiuis diebus.ubi deberēt coler loca amena & iuxta fōtes & uiridaria redimita fōtibus ut calorē maximū aufugerēt:aliis quoq; cūctis diebus i cōtinuis mūdāis negociis i riuo alto uersāt:& uitæ alimēta post meridiē relassati calor atq; siti assumūt & cōibus cibis uescunt:indumētis quoq; nigris saturninis eoꝶ corpa circundāt.& i bello gallico a saturno & ioue significato:ueneti uictoriā cōsecuti fuerūt:qa iupiter erit significator motoris belloꝶ depssiōe saturno:& saturnus significator potētiæ in suo rgno d antis & cōmorātis.iō i meo uniuersali iudicio dixi belloꝶmotorē uictoriā ñ cōsecutuꝶ & sic i italia belloꝶ motor.v; rex frāciæ uictoriæ finē ñ cōsecutus ē:sic saturnini cōsilio prudētia pecuniis belloꝶmotorē deposuerūt:sic pp magnā cōfederatiōem frāciæ;Rex a neapolis regno recessit enī mediū t rudere cuius nāq;recessus sue depssiōis fuit prīcipiū & sic pp celoꝶ potētiā belloꝶmotor uictoriā nō cōsecutus ē ut i meo iudicio ub pdixi āno xpi.1 4 9 4.ipresso uenetiis:& ita iterdū prudētia fallit & rōis uicit usus:.& sic celoꝶuolūtate recessit a regno neapolis & oīa acqsita fuerūt dissoluta.O q̄tum est fatoꝶ regnum quod regibus imperat ipsis.

De Iouialibus.

Iouiales ut sunt boni uiri & iustitiā colētes & liberales & pii bonā cōplexionē hñtes dulcē tēpatā amenū uultū & pulcros oculos:h āno itineribus ꝓni erūt & timor religiōis uexabūt.Astrologi q mius astrologiæ pitiā hñt dicūt ꝑlatos a sider iouis gubernari ac ēt iudices & cardīales & eclesiæ antistites:& male faciūt celestē sciam diffamātes:hodierno.n.tpe plures iudices nō sub ioue illustrāt:sed a marte rōe crudelitatis:a saturno rōe delatōis cāꝶ ut nūq̄ finē litis cliētes cōseq possint:& sic a uariis malis sideribus:iudices gubernant q sub iustitiæ tenore:& noīe scās leges i malā cōtorqnt ptē pupillos uiduas:& paupes & bonos lites recusantes affligēdo.isti ergo iudices nō a ioue regūtur iō maloꝶ astrologoꝶ uaticinia nō miꝶ si mius oportunū & astrologiæ canōes cōsiderātia fallāt:sic ēt sacerdotes paupes bōi uiri q iustitiā fidē colūt q nō supbi nō auari sed pii & misericordes ad paupes:luxuriæ actus & supbissima idumēta spnētes & nefāda cria puipēdētes iusti & hōesti tales a iouis planeta gubernāt:& tales ueri sunt sacerdotes de istis celestis doctrīa ueritatem

loqt qa erũt pni ad itiera pp eo℞ significatorē iouē i nona sede lapsu℞ & timorē religiõis quodā uersabũtᷣ: sed qm̄ aliq hoīes nō p naturæ icliationē rōe uirtutis iusticiæ pietatis liberalitatis ad religionē cōnuūt sed rei auiditate bn̄ ficia ut cōseqn̄tᷣ opulētissima nō a ioue illustrātᷣ: iō o uos celo℞ cōtēplatores ppēdite ītuemini ueras astronomiæ rōes: ut sciam quā uos nō inuenistis nō diffametis & destruatis.

De Martialibus.

Martiales exercētes arma p eo℞ naturā ad ipa pnā ut sunt milites magnanimi strenues iracūdi oculos rubeos hūtes & uocē tōitruosā & ueri milites. nō illi q milites efficiūtᷣ a uenere q militauerūt sub stipēdio ueneris sub aliquo milite q ut eis beneficia cōferāt ad militiā erigūt militiæ nomē eis īponēdo q potius ueneris militiā exercere sciūt q̄ truculētissima plia. tales nō a marte regūtᷣ: sed a uenere: iō de talibus militibus minīe celo℞ iudicia uerificabuntᷣ sed ueri milites magnanimi rubicūdi colerici ueri martiales ut supius dixīus bonā cōseqn̄tᷣ fortunā hoc āno. sic q igneas artes naturaliter opātᷣ a natura īstructi & cirugi & phisici. naturales fortunā psperā cōseqn̄tᷣ: q uero medicinā exercēt: & igneas opatiōes aborrēt & naturæ elemēta secernerē nesciūt: & īgeniū elatū & speculatiuū a marte pductū nō hēnt: hi pfecto medici naturales nō sunt: sed cōsuetudīe q̄dā aut lucri gr̄a aut pr̄na coactiōe. Tales nāq₃ minus a marte illustrati ingenii ebetudine egrotos non sanāt: & martis bonam influentiam non consequentur.

De Venereis.

Venerei ut sunt ueri musici a natura ad musicā iclinati: dulces hoīes: & cantus amenos colentes & mulieres pulcræ. & dulces moribus: & iuuenes q uenereas militias passiuas dignas incendio psequuntᷣ plurimū lassiuiis inclinabuntᷣ & suos actus sensuales ac bestiales pp Venerē bene dispositā cōsequentur sic gaudia & cōuiuia & alia huiusmōi genera cum belluis cōia agitabūt.

De Mercurialibus.

Mercuriales ut sunt ueri amatores uirtutū & scientia℞ hoīes macilēti acutum īgeniū hēntes: & q tātus & carmina naturaliter cōponūt & paruum corpus habētes q a Mercurio gubernantᷣ malā hoc āno fortunā cōsequentᷣ: aliq ueneno interficientᷣ: aliq in carcerē detrudentᷣ aliq magnis curis & cogitationibus & mœroribus uexabuntᷣ: & ægritudinibus frigidis & siccis & aliquis Mercurialibus macilētus & ingeniū acutū: habēs cācellarius alicuius Regis aut principis hoc āno aut ī carcere a suo domino p̄cipitabitᷣ aut īterficietur & hoc pp aliqđ crimē qđ cōtra principē ppetrabit. Alii literati q a Mercurio nō reguntᷣ sed studia nō pprio īgenio psecuntᷣ: sed quadā cōsuetudīe & parentū p̄cepto īpulsi: & q peritiā nō habēt nisi noīe & cācellarii qui mercuriales nō sunt sed lucri gratia: & nō ingenii a crimīe aut fauore quodā principū secretarii sunt tales a prædictis non uexabuntur.

De Solaribus.

Solares ut sunt magnani[illegible] & croceo colore ti[illegible] aut rubicũdi leoninos ocu los hẽntes & magnanim[illegible] ueri regales liberales laboribus erũt proni & i[illegible]mi coꝶ cogitationibus.

De Lunaribus.

Lunares ut sunt illi q magnũ obsequiũ hẽnt nauigãdi q noua ingenia naui gãdi inueniũt & q urbes diuersas discurrere optãt: faciẽ pinguẽ habentes & mobiles igenio malã fortunã cõsequentur & lites pp lunæ infortunium. Cardinales ꝑlati q martiales & uenerei sunt hoc ãno bene se habebũt Satur nini & mercuriales male. Milites mercuriales & saturnini malã fortunã cõsequent. Milites ueri sub marte iracũdi celeres rubicũdi pp bonã mar tis fortunã bene se hẽbunt. Iudices q a marte regunt: qa mars eoꝶ sign ficator potẽs ẽ: cõtra pauperes leges ĩ malã partẽ torquẽtes diuersas cõsequi tur ꝑdas: quoꝶ cõplexio est tincta sub rubeo colore oculos rubeos hẽnteẽ atroces & crudeles hoĩes uictoriã cõsequent pp martẽ eoꝶ significatorẽ bñ dispositũ: q a natura nõ ĩdices ꝑducti fuerunt: sed cõsuetudĩe quadam aut lu crãdi grã ad leges torquẽdas accesserũt qa leges seposita iusticia sunt tãq̃ gla dii ĩ manibus furiosoꝶ. Tales nãq3 a ꝑdictis cæloꝶ ĩfluxibus regent secun dum eoꝶ significatores & eoꝶ dispositiões & fortuniũ & ĩsortuniũ. hæc di xisse uolui scdm ueri astrologi Ptolomei ꝑcepta naturalẽ ordinẽ ꝓsequẽdo Ad laudẽ & gloriã altissimi q scientiarum lumen nobis uberrĩe largitus est.

Pontici Taruisani poetæ Carmen.

Vita breuis. Tempusq3 fugax. Spes ipsa caduca
  Plura uetant fragilem sumere docta uirum.
Vnde paretonios cursus. Docidosq3 Cometas
  Sat tibi nosse Conon. uel tibi grandis Atlas
Efert Hippocrates medicinam. tuq3 Machaon
  Vescharide Sophiam: Cres: stragirita Solon
Munere quisq3 suo contentus nil petat ultra
  Dum nec ad Eurotam uos tepuisse pudet
Ecce trium Compos Abiosus cuncta Ioannes
  Vix septem uumerans Lustra uel unus habet:
Cui si contingerint per fila gerentia Sortes
  Astra, Sophos, miserans hunc medicina Colet.

Completũ Taruisii p pitissimũ artiũ & medicinæ doctorẽ accutissimũ astro ogiæ & mathematicæ professorẽ Ioãnẽ Baptistã Abiosum Neapolis Regni ex balneolo originẽ ducẽtem. Anno Cristi. Mcccc.lxxxxviii. die. v. februarii.